This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Geog
3199
5

Digitized by Google

Geog 3199.5

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY

FROM THE LIBRARY OF
COUNT PAUL RIANT

MEMBER OF THE
INSTITUTE OF FRANCE
HISTORIAN OF THE
LATIN EAST

MDCCCC

GIFT OF J. RANDOLPH COOLIDGE
AND ARCHIBALD CARY COOLIDGE

E.H.C. 1900

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANONYMI

DE

SITU ORBIS

LIBRI DUO.

E CODICE LEIDENSI

NUNC PRIMUM EDIDIT

MAXIMILIANUS MANITIUS.

STUTTGARDIAE

APUD J. G. COTTA.

1884.

Es wird gebeten, den Prospect auf der 2. und 3. Seite des Umschlags betr. die neue „Zeitschrift für Allgemeine Geschichte, Kultur-, Litteratur- und Kunstgeschichte“, zu beachten. **Die Verlagshandlung.**

Digitized by Google

J. G. Cotta'sche Buchhandlung.

Soeben erscheint:

Zeitschrift

für

Allgemeine Geschichte, Kultur-, Litteratur- und Kunstgeschichte

in 12 monatlich erscheinenden Heften zu 4½ bis 5 Bogen in Grossoktav.

Erster Jahrgang. 1884.

Preis für das Heft Mark 1. —

Wir glauben mit dieser neuen Publikation einem lebhaften Wunsche des **geschichtsfreundlichen Publikums** entgegenzukommen. Sie soll die gebildeten und nach Erweiterung ihrer Kenntnisse strebenden Kreise des deutschen Volkes mit den Ergebnissen der Forschung und mit allen hervorragenden Erscheinungen auf dem Gebiete der historischen Litteratur in leicht verständlicher Fassung und anregender Form vertraut machen und ohne Rücksicht auf den gelehrten Apparat jedem Laien, der sich für Geschichte interessiert, eine gründliche und auf Fachstudien beruhende, aber trotzdem anregende und ansprechende Lektüre bieten.

Bei der grossen Ausdehnung und Vielseitigkeit der wissenschaftlichen Thätigkeit, welche in einer kaum zu übersehenden Zahl von Monographien, Fachzeitschriften, akademischen und Vereins-Publikationen zu Tage tritt, hat ein Organ, das sich die Aufgabe stellt, zusammenfassende Darstellungen und übersichtliche Referate über die Errungenschaften der Spezialforschung in entsprechender Auswahl zu veröffentlichen, gewiss nicht nur Berechtigung, sondern auch eine grosse Bedeutung für die Entwicklung und Verbreitung der allgemeinen Bildung. Die Schwierigkeit, über die Leistungen in der politischen und Kulturgeschichte, in der Litteratur- und Kunstgeschichte sachgemässe Aufklärung ohne ermüdende Weitschweifigkeit zu erlangen, ist gewiss schon Vielen, besonders Lehrern und

Digitized by Google

ANONYMI

DE

SITU ORBIS

LIBRI DUO.

E CODICE LEIDENSI

NUNC PRIMUM EDIDIT

MAXIMILIANUS MANITIUS. editor.

STUTTGARDIAE
APUD J. G. COTTA.
1884.

Digitized by Google

Geog 3199.5

Harvard College Library
Kiant Collection
Gift of J. Randolph Coolidge
and Archibald Cary Coolidge
~~May 7, 1900~~
July 28, 1900

Stuttgardiae, ex typographia Fratrum Kroener.

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE REGIAE DRESDENSI

GRATISSIMO ANIMO

EDITOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Praefatio.

Codex Leidensis [1] lat. Voss. fol. 113 a Pertzio descriptus [2] continet in fine fol. 71—90 opusculum ineditum,[3] quod anonymus quidam auctor *de situ orbis*, ut in praefatione legimus conposuit. Est una neque ineleganti manu scriptum quam totum codicem iam a Pertzio duodecimo saeculo adsignatum scripsisse et eadem litterarum figura et sibi constantes correcturae et menda librarii adprobant. Prima pars opusculi pulchre accurateque exarata est neque aequo plura vitia insunt, pars posterior citato quodam cursu et composita et scripta est. Certe materies deficiens librarium coëgit ut scripturam minorem adhiberet litterarumque abbreviaturis fusius uteretur. Scriptor totum codicem iterum relegit emendavitque ut e correcturis plurimis elucet. In primis distinguendi notas prave positas delevit, sententias partim rectum partim falsum in modum distinxit, litteram h multis verbis ab littera a incipientibus superscripsit, litteras parum

---

1 Hunc codicem contulit mihi Dresdam benigno animo V. Cl. Du Rieu.

2 De cosmographia Ethici p. 117.

3 Praefationem capitumque titulos a Du Rieu missos Duemmler publici iuris fecit Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde IV, 176 sq., ubi etiam adnotavit quid de auctore sentiret.

Digitized by Google

magnas ampliores minores nimias reddidit. Librarium saepissime falso legisse crebrae pergamenti rasurae testantur.

Praeter hanc duas alias manus codex exhibet diverso scribendi genere notatas quae partim orthographiae partim sententiae vitia curarunt tollenda; ambas saeculo tertio decimo adscribo. Denique manus multo posterior saeculi ut videtur decimi sexti in margine haud raro adnotationes posuit, rariores voces nominaque appellativa atramento caeruleoviridi subterlineavit.

Orthographia proprium servat aetatis usum, promiscue inveniuntur habundans et abundans, septemtrio et septentrio, Scithia et Scithya, Athlanticus et Adlanticus, Libya et Lybia atque id genus alia. Nomina terrarum urbium fluminum maiore ex parte corrupta sunt quibus exceptis orthographia paene laudanda est. Haec de scriptura.

Quisnam fuerit auctor opusculi ‚*G̃.* [1] *servorum Dei extimus*,' ut est in praefatione, nescimus quia duobus tantum locis de se ipse pauca fecit verba. In praefatione primi libri se libellum composuisse dicit ‚*studio quorundam fratrum admonitus . . . discipulorum mitissima depraecatione accensus . . . cum crebro legens alios docuerim.*' Quibus ex verbis eum magistrum scholae in monasterio quodam constitutae fuisse liquet. Tum in secundi libri praefatione se incipere velle dicit ab occidentali plaga ‚*quia in hac paene commoramur.*'

Quae si verbis contuleris ‚*cum olim quidem ut nunc Galliarum litora mari oceano mediterraneoque inminentia . . . dira Normannorum vastarentur saevitia*', persuasum tibi erit auctorem libelli Franciae occidentalis i. e. Francogalliae incolam fuisse. [2] Quae iam Duemmler [3] recte suspicatus est.

Neque quo tempore opusculum scriptum sit difficile est

---

[1] Littera G est non O ut Duemmler autumat.

[2] Huc accedit quod in ultimo codicis folio legimus antiqua manu scriptum *liber s. benigni* d̃ i. e. Divionensis, quibus verbis codicem in Francogallia scriptum esse apparet.

[3] l. l. p. 177.

Digitized by Google

discernere. Nisi auctor de rapinis incursionibusque Normannorum loqueretur non liqueret cui tempori libellus recte adscribendus esset. Ex littera *K̄*. in titulo posita facile intellegi potest opusculum regi cuidam Karolo et dedicatum et missum esse. Normannorum vastationes Galliae cum medio saeculo nono annoque 911 terminentur trium Galliae regum ratio habenda est, Karoli Calvi, Karlomanni, Karoli III. Non enim verisimile est auctorem misisse libellum Karolo Crasso utpote regi Franciae orientalis. Cui si misisset cum rex Francogalliae esset scribendum erat ‚*imperatori*' non ‚*regi K.*', quia Karolus Crassus iam imperator factus ab anno 884 Galliae imperavit.

Quae cum ita sint nescio an Duemmler [1] ad verum accesserit coniciens littera illa *K̄* Karolum Calvum signari praesertim cum illum litteris satis favisse inter omnes constet. Quem cum ad imperii dignitatem anno 875 provectum esse notum sit, auctor libellum ei miserit circa annum 870 oportet.

Verba auctoris ‚*cum crebro legens alios docuerim*' ‚*studio quorundam fratrum nostrorum admonitus . . . discipulorum mitissima depraecatione accensus*' haud parvi momenti sunt. E quibus non solum scriptorem non sine gloria magistri officio functum neque alias indoctum fuisse liquet sed etiam cum libellus et ad homines geographiae studiosos delectandos et ad discipulos erudiendos scriptus sit, et primum in Francogallia geographiae quod vocatur compendium et primum fuisse librum suspicari licet ex quo discipuli geographiam docerentur. Verisimile enim est cum auctor a monachis in eodem monasterio versantibus ut scriberet libellum admonitus sit, neque Dicuili librum de mensura orbis terrae compositum tunc temporis in Francogallia notum neque ullum aliud id genus opusculum fuisse. Dicuili librum auctorem in manibus habuisse iam eo negari potest, quod ex eo nihil descripsit. Dein ut communicare inter se solebant Francogallia et Germania his temporibus libros ad litteras

[1] l. l. p. 177.

Digitized by Google

spectantes et ut erat par eruditio iuventutis in utraque terra, optumo iure quamquam codices opusculi nostri in ipsa Germania nondum inventi sunt, eum primum libellum fuisse putamus in Francorum regno compositum ex quo etiam in Germaniae scholis pueri et adulescentes erudirentur et unde scientia Germanorum geographica ex parte haud minima exiret atque manaret. Quod si mihi concesseris libellum dignum putabis qui publici iuris fiat, quo rudimenta geographiae in scholis trita cognoscantur. Certe opusculum pro tempore haud pauca continet argumenta qua de causa effectum esse potest ut vulgatum geographiae compendium, Isidori dico origines, per aliquantum tempus in Francorum regnis liber in usum scholarum editus esse desineret.

Iam quaerendum est quibus auctor usus sit fontibus quoque modo eos composuerit. Qui in primi libri praefatione verba fecit satis lucida quem in modum scripserit libellum dicens ‚*Non igitur temere hoc aggressus sum contexere opusculum nec propriis nitens viribus . . . aggregatis insignissimis huiusmodi lectionis artificibus, quod in opusculis suis de orbis situ senserint quidque egregio affatu dixerint . . . altius inspicere curavi. Melam Pomponium dico atque Aethicum cosmografum, Martianum Felicem Capellam, Solinum Polistoriarum, Orosium nec non Isidorum ceteraque quam plurima argumenta.*‘ Quibus indicatis parvi laboris fuit fontium indagatio. Atque ita invenimus, opusculum exceptis perpaucis neque ad rem spectantibus locis[1] e scriptis auctorum praedictorum excerptum esse. Quae auctor dicit ‚*ceteraque quam plurima argumenta*‘ pertinent tantum ad Caesaris commentarios de bell. Gall. et ad Pauli epitomen Festi. Quod auctor tam e suis fontibus pendet ut ne hilum quidem sua sponte adiecerit, vix dolendum est, quia si quid novi inseruisset dubitandum non est, quin prava perversaque scripturus fuerit, ut erat his temporibus notitia orbis terrae minima neque putare licet magistrum scholae monasticae

[1] Quae litteris cursivis exprimentur.

Digitized by Google

usque ad ultimam, ut ita dicam, Thylen ipsam pervenisse. Vere enim nova scientiamque geographicam proferentia tunc tantum litteris mandare potuit, si orbis partem ipse peragrasset.

Fontes varium in modum pro cuiusque natura atque indole ab auctore descripti sunt. Qui in primo libro de maribus oceanoque uberius locutus insulas perstringit, in secundo orbis terrarum partes accuratius enarrat. Libri primi prior pars praecipue e Mela Solino Isidoro dempta est, altera ex Isidoro Solino Aethico, liber secundus e Mela Solino Martiano. In quorum narratione compilanda auctor ratione usus est longe ab arte critica remota. Non enim Martianum Solino neque Melae permulta debere intellexit neque Isidorum saepissime eadem referre quae Melam Solinum Martianum vidit, sed promiscue uti libuit frusta singulis auctoribus desumpta sine ulla coniunctione interius facta composuit, quo fit ut multis locis eadem aliunde excerpta narrentur. Saepe singulae fontium partes eadem de re disserentes tam laxe adpositae sunt ut unius verbi interiectione legamus ‚Isidorus' vel ‚Solinus' etc. Atque ita auctor quia quomodo inter se cohaererent scriptores excerpti non vidit, ullo loco quae varia dixere in unum colligere vel quid ipse de re sentiret dicere conatus non est.

Ad geographiam ipsam spectantia Melae chorographiae et in primis Martiani libro de geometria desumpta sunt. Ubi auctor originem nominum propriorum vel rerum verborumque finitionem investigat, Isidori etymologiis usus est; mirabilia autem terrarum gentium fluviorum quae tunc temporis memoria dignissima essent e Solino excerpsit. Orosium expilavit duobus tantum locis in ipso initio opusculi atque ubi de Africa loquitur, e Pauli epitome Festi descripsit, quae de Ausonia, ex Aethico quae de insulis Germaniae, e Caesaré quae de Gallia dicit. Auctorem e sua scientia quicquam novi adiecisse supra iam negavimus, quo fit ut eodem modo verba faciat quo Solinus vel alii scriptores: ipse se fingit civem Romanum deque orbe terrarum haud secus loquitur ac si imperium Romanum ipsius tem-

Digitized by Google

pore iam exstet. Atque ita opusculum a Romano quodam compositum esse credas qua eadem ratione Einhartus vitam Karoli Magni conscripsit.[1] Itaque quamquam negemus oportet libellum magni esse momenti ad proferendam terrae notitiam, attamen pro tempore minime despiciendus est, quia tunc viri docti in litteris tractandis omnino ex antiquis scriptoribus pendebant, quam rem nostra aetate nemo iam aegre fert.

Sermo latinus quo usi sunt scriptores a nostro expilati, difficilior fuit — adscribuntur enim omnes ut dicimus vel argenteae vel infimae latinitati — quam ut auctor omnia quae in eis narrantur intellegeret, quare magnus mendorum numerus in opusculo invenitur ut verba in duas partes distracta vel duo verba in unum coëuntia atque id genus alia. Qua de causa diu consideravi utrum textus corrigendus esset pro editionibus auctorum compilatorum nostra aetate factis an libellum ederem talem qualem codex exhiberet. Sed si textum hoc modo correxissem, illius temporis modus atque ratio litterarum tractandarum ex opusculo non cognoscerentur, quo usus argumento textum codicis cum omnibus vitiis tantum quae librario debentur exceptis praebeo.[2]

Restat ut quaeramus quibus auctorum libris manu scriptis noster usus sit. Libellum nono saeculo scriptum esse constat quare satis antiquos codices auctor inspexerit oportet. Dein quia ille fontes suos non tam per pannos neque per particulas quam per satis ampla atque continua capita descripsit, accurate diiudicari potest, utrum libris usus sit ad nostram aetatem servatis an illis propinquis an prorsus abhorrentibus. Qua de causa opus erat accuratiore

---

[1] cf. quae hac de re disserui Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VII, 550 sq. 568.

[2] Quae diiudicavimus hunc in modum: vitia quae noster et libri auctorum manu scripti una exhibent non sustulimus; quae praeter codicum lectiones mendose scripta sunt plerumque correximus nisi persuasum nobis erat, auctorem sua sponte a libro expilato discessisse.

Digitized by Google

lectionis collatione, quam curantem optimae nostri temporis editiones auctorum valde me adiuverunt. Atque ut lector quoque loco textum auctoris excerpti nostro facilem in modum conferre posset, varias lectiones subtus posui.

Certe codicem neque ad nostras dies servatum neque huic similem auctor inspexit exceptis Pauli epitome Orosio Isidoro. Quae pauca e *Paulo* descripsit haud discrepant a codice Guelferbytano (ed. Müller G). Qui cum saeculo decimo scriptus sit[1] auctor inspicere eum non potuit sed aut eius similem ex eodem archetypo descriptum aut eum in manibus habuit, cuius Guelferbytanus apographum est.

Ex *Orosio* excerpta breviora sunt quam ut certo iudicari possit, quo codice usus sit noster atque id dixisse satis habemus textum codici 𝔅 saec. VIII editionis a Zangemeister curatae[2] proximum esse. Sed cum cod. 𝔅 ex Orosii lib. I, 2 tantum excerptam contineat descriptionem totius orbis tripertiti et noster alio quoque loco Orosium expilet, alium codicem inspexerit oportet.

De *Isidori* editionibus apparatu critico paene carentibus iterum iterumque dolemus, propositum enim nostrum ulla ratione iuvare non potuerunt.

In ceteris scriptoribus investigandis prosperiores habuimus successus.

Ex *Caesaris* commentariis de bell. Gall.[3] auctor de-

---

[1] cf. Festus ed. Müller p. IX.

[2] cf. Orosius ed. Zangemeister p. XXVIII.

[3] Qui raro tantum videntur tunc temporis evoluti esse. In Einharti opusculis sermonem Caesaris elegantem saepius perlucere, demonstravi l. l. p. 521 sq. Ibidem p. 545 Lupum abbatem Ferrariensem commentarios belli Gallici a Caesare scriptos esse adieci negavisse, quod illum hausisse puto ex Oros. hist. VI, 7, 2 quo loco Suetonius commentariorum auctor probatur. Praeterea Caesar nominatur in gest. abb. Fontanell. c. 10 (Mon. Germ. SS. II, 284): *Iuliobona . . . haec namque civitas fertur aedificata fuisse a Caio Iulio imperatore Romanorum, ante adventum Domini, dum Gallias vastando circumiret. Ipsum namque castrum Caletus antea vocabatur quod destructum et in maiori elegantia reparatum ex suo nomine*

Digitized by Google

scripsit primi libri caput primum. Cuius variae lectiones paucae sunt neque noster textus multas habet a vulgata traditione alienas. A qua duo tantum loci discrepant, quorum alter praebet lectionem codicis Bongarsiensis alter Aimoini. Quae cum ita sint, auctorem codice usum esse primae classis tantum commentarios de bello Gall. scriptos tradentis verisimile est.

Pomponii Melae antiquissimus codex Vaticanus 4924 (A) est, qui ab Augusto Mau et Carolo Frick [1] saeculo decimo adsignatur. Quare noster illum inspicere non potuit. Quamquam mirandum non est, quod lectiones cod. A saepissime cum nostris consentiunt. Praeterea apud nostrum haut raro lectiones codd. BKL invenimus. Denique multis locis necessitudo intercedit inter A^1 A^2 et nostrum (cf. ed. Frickii p. VIII sq.). Itaque in opusculo omnes fere magni aestimandi codices velut in archetypo insunt qua de causa nescio an archetypi quodam apographo usus sit auctor. Qui cum haud spernendam chorographiae partem ad verba descripserit in posterum Melae edendo adhibeatur oportet. Eo autem quod opusculum nostrum saepius lectiones A^1 A^2 servat, et Frickii sententia de origine A^1 et A^2 lata probatur, qui substitutis singulis ut ita dicam mediis codicibus uni codici ambas deberi putat, et codicem ex quo lectiones A^2 codici Vaticano insertae sunt satis antiquum fuisse liquet.

Antiquissimus codex *Solini* est Leidensis Voss. Q 87 saec. IX. Qui pro tempore ab auctore evolvi potuit, praesertim cum e bibliotheca quadam Francogalliae oriundus sit. [2] Sed quia plurimis locis a nostro discrepat, alius codex substituatur oportet.

Plerumque noster praebet lectiones codicum H h S.

Iuliobona vocare placuit. Quae unde sumpta sint nescio. Iuliobona tantum in tabula Peutingeriana et in Itiner. Anton. commemoratur, neque his locis quicquam de nomine a Caesare mutato legimus.

[1] Frickii edit. p. VIII.

[2] cf. Solinus ed. Mommsen p. LXXXI.

Digitized by Google

Quia H codices Heidelbergensem et Bernensem consentientes indicat, nostrum codice quodam usum esse necesse est, qui nondum in h B divisus esset. Praeterea saepius lectiones codicum tertiae atque secundae classis invenimus (L G P A). Atque ita iterum optimi et antiquissimi codices una nobis occurrunt. Quare putandum est auctorem aut archetypi quoddam apographum descripsisse aut codicem ex tribus classibus contaminatum. Sed non verisimile est, si saeculo octavo vel nono tres classes compilatae essent, pro magno codicum numero ad nostram aetatem ne unum quidem nostri similem perventurum fuisse. Atque ita archetypi apographum auctori praesto fuisse pro certo habemus. Cum quibus haud discrepat, quod Solinus in praefatione Polistoriarus vocatur — cognomen enim Polyhistoris Mommsen interpolatae et contaminatae classi tertiae adsignavit [1] — quia suspicari licet, his temporibus cognomen illud iam pervulgatum fuisse.

Quod apud ceteros quoque scriptores evenit, libellus noster raro tantum a lectionibus Solini discedit aut uno vel duobus verbis adiectis aut littera mutata quod saepius librario falso legenti adsignari potest.

Martiani quoque vetustissimos codices noster aetate antecedit, quia illi aut saeculo decimo aut undecimo scripti sunt. Sed textus noster eis proximus est, quod iam apud Melam et Solinum notavimus. Perraro lectio nostra a codd. B R D discedit atque tunc tantum saepius, cum aut auctor aut librarius aequo negligentius descripserunt quod in fine libelli factum esse apparet. In primis textus codicibus B R adfinis est, lectiones enim tantum a D exhibitae paucis occurrunt locis. Sed et noster saepius correcturas b B^1 R^1 (cf. Martianus Capella ed. Eyssenhardt p. XI) praebet, unde colligere licet, auctorem usum esse codice, ex quo B R D b B^1 R^1 manaverint. Quem satis antiquum fuisse haud falso

---

[1] l. l. p. LX. Sententia nostra iam eo probatur, quod *index* contaminatorum codicum ‚*polyhistor*‘ pro ‚*collectanea rerum memorabilium*‘ exhibet. Noster autem non libellum Polistoriarum vocat sed Solinum.

Digitized by Google

conicias, quia nostri similem posteriore aetate scriptum non habemus. Qua de causa partes in libello nostro ex Martiano descriptas paene archetypi illius instar habendas esse puto.

Difficilius dictu est, quem codicem *Aethici Istri* noster adhibuerit, quia in ea opusculi parte, ubi Aethicum sequitur, solito liberius atque confusius res excerpsit. Aethici sermonem barbarum omnino non intellexit auctor, ineptissima enim et pravissima hoc loco narravit. Textus noster proximus est codici L,[1] cum quo coaetanei sunt W et G.[2] Quos quia fieri non potest ut codicis Lipsiensis apographa sint,[3] una cum L ex eodem archetypo descriptos esse veri simile est. Quam ob rem pro tempore noster aut unum et his tribus codicibus adhibuit aut ei fons illorum in manibus fuit.

His ita dispositis auctori vetustissimos quosque libros suppetiisse apparet.

Restat ut in posterum me operam esse daturum profitear ut quomodo usi sint nostro libello scriptores posteriore tempore[4] geographiam tractantes indagem.

Dabam Halis ad Salam
V Kal. Octobr. MDCCCLXXXIII.

---

[1] cf. Aethicus Ister ed. Wuttke p. CXVII sq.

[2] ib. p. CXXII sq.

[3] cf. ib. p. CXXIII.

[4] Hericus in vita S. Germani l. III, 240 sq. libellum nostrum inspexisse videtur cum dicit:

Extima telluris limbo cinxisse perenni
Oceanum perhibent patrum instrumenta priorum.

Noster enim in initio libri primi verba facit: Oceanum extima telluris mirabiliter cingentem.

Digitized by Google

Index notarum.

c. = cod. Leidensis lat. Voss. fol. 113.
M = prima manus i. e. manus scriptoris.
M^1 M^2 = secunda — tertia manus saec. XIII.
Caes. = Caesar.
Mel. = Mela.
Sol. = Solinus.
Mart. = Martianus Capella.
Oros. = Orosius.
Is. Isid. = Isidorus.
Aeth. = Aethicus Ister.
Paul. = Pauli epitome Festi.
[ ] = litterae in rasura scriptae.
( ) litterae uncis inclusae indicant codices auctorum eandem lectionem atque c. exhibentes et ab integro textu recedentes.

Digitized by Google

Digitized by Google

Domno Venerabillimo Regique Gloriosissimo Domno
Karolo G̅. Servorum Dei Extimus.

Cum olim quidem ut nunc Galliarum litora mari oceano mediterraneoque inminentia necnon earundem aliquatenus media, videlicet quo variis fluviorum permeantur alveis, dira Normannorum vastarentur saevitia, studio quorundam fratrum nostrorum admonitus, immo ob utriusque maris aliquantulum ignotos navigationis excursus discipulorum mitissima depraecatione accensus hunc de situ orbis libellum ex multorum praecedentium qui hinc tractaverunt dictis excerptum componere studui et vestrae quam praedicandae sapientiae declarandum prae omnibus offerre ratum commodumque duxi. Non igitur temere hoc aggressus sum contexere opusculum nec propriis nitens viribus, quasi ob nominis famam iactantiae celsitudinis plenam, sed fraternis humiliter parens necessitudinibus, aggregatis insignissimis huiusmodi lectionis artificibus, quid in opusculis suis de orbis situ senserint, quidque egregio affatu dixerint, cum crebro legens alios docuerim, nunc altius inspicere curavi. Melam Pomponium dico atque Aethicum cosmografum, Martianum Felicem Capellam, Solinum Polistoriarum, Orosium necnon Isidorum

1 c. D̅. c. D̅. K̅. Domno Karolo *Duemmler* 5 c. permeatur antur *corr. Duemmler* 9 c. multarum *M* 21 *an* Polistoriarium *vel* Polistorianum?

Digitized by Google

ceteraque quam plurima argumenta. Quae ergo horum relatione pernecessaria exinde repperi, quantum mihi pro innumeris tam secularium rerum curis quam nostri propositi habenis mellifluis huius opusculi paginis vel eisdem eorum
5 sententiis vel certe brevitati operam tribuens meis verbis ordinare sategi totumque opusculum in duobus libellis distinxi, ita ut primus utriusque maris vocabulorumque eorum causas nec non insularum quae in eis sunt sitae, quamvis breviter digestas contineret, secundus autem faciem terrarum auctorum vigente ratione succincte aliquantula demonstratione
10 patefaceret.

[Liber I.]

Oceanum extima telluris *mirabiliter* cingentem [1] *suisque fluoribus medias spatiatim terras trifaria divisione permeantem,*
15 *qui tam* oculis carneis [2] *quam interno mentis intuitu nosse desiderat, qualiter multorum id relationibus declaratum sit, quantotius explorare nullatenus abnuat, quatenus tam maria quam terras non per omnia lumine visas animo cernat aliosque docens multorum laudetur affatu.* Quamvis [3] autem hoc opus constet
20 fere gentium locorumque nominibus et eorum perplexo satis ordine, quem persequi longa est magis quam benigna materia, aspici tamen cognoscique dignissimum. *Sed quoniam hoc mare oceanum variis sortitur nominibus, hinc pauca praelibare curavimus, quo dilucidius quae dicta fuerint, pandantur*
25 *ita ut primo clareat, quid lingua humana oceanum appellet.*

4 c. abenis *M* mellifluis] *licuit scheint zu ergänzen Duemmler* 9 c. auctore vigente, *corr.* auctorum *ex praefatione secundi libri* 25 c. appellat, *corr.* et

---

[1] cf. Martian. Cap. VI, 617 *rotunditatis autem ipsius circa extima circumfusus ambit oceanus.* [2] Job 10, 4 numquid oculi carnei tibi sunt. [3] *Quamvis — dignissimum* ex Mela I, 1.

Digitized by Google

[1] Quid sit Oceanus.

Oceanus est mare exterius; qui in circuli modo [1] *ambit orbem* quique [2] etiam omni die dispar nunc assiduis per septem dies attollitur incrementis, nunc insequentibus totidem diebus naturali damno et defectu interiore subducitur. 5

[2] Unde dicitur.

Oceanum [3] et Greci et Latini ideo nominant, eo quod in circuli modo ambiat orbem, sive a celeritate, eo quod otius currat.

[3] De eius situ necnon accessu recessuque mirabili. 10

Iste [4] est, qui oras terrarum amplectitur alternisque aestibus accedit atque recedit. Respirantibus enim in profundum ventis aut revomit maria aut resorbet et ut Pomponius Mela ait, [5] tanta vi semper inmissum ut vasta etiam flumina retro agat et aut terrestria deprehendat animalia 15 aut marina destituat. Neque adhuc satis cognitum est anhelitune id suo mundus efficiat, retractamque cum spiritu regerat undam, si, ut doctioribus placet, unum animal est an sint depressi aliqui specus, quo reciprocata maria residant atque inde se rursus exuberantia attollant, an luna 20 causas multis meatibus praebeat. At ortus certe eius occasusque variantur neque eodem assidue tempore; sed ut illa

3 quae omni die *Oros.* nunc succiduis *Oros.* 7 eo quod in] *in margine scriptum est manu sacc. XIII tribus versibus* . . . eo quod sit orbē . . . ambitus notus . . . *(no?)* men suis 13 c. re[u]omit c. ut P̄. M̄. ait 18 undam undique si *Mel.* 20 unde *Mel.* (L) 21 c. multas, tantis *Mel.* 22 adsidue *Mel.* (A²)

---

[1] cf. Mart. VI, 622 *permenso in circulum mari undiquesecus navigato.* [2] *quique — subducitur* ex Oros. VI, 14, 1. [3] *oceanum — currat* ex Isid. origg. XIII, 15, 1. [4] *iste — resorbet* ex Isid. ib. XIII, 15, 1. [5] III, 1—2.

Digitized by Google

surgit ac demergitur ita recedere atque adventare comperimus. *Unde Solinus ait:* [1] Dubitatur etiamnunc quibus ex causis intumescat vel quatinus, cum superfluus sibi fuerit, rursus in se residat. Nec in obscuro est, plura pro ingeniis disserentium potius quam pro veritatis fide expressa. Sed omisso ancipiti concurrentium quęstionum has opiniones probatissimas invenimus: Phisici aiunt, mundum animal esse eumque ex variis aelementorum corporibus conglobatum moveri spiritu regente; quae utraque diffusa per membra omnia aeternae molis vigorem exerceant; sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spiritalia, ita in profundis oceani nares quasdam mundi constitutas, per quas emissi anhelitus vel reducti modo efflent maria modo revocent. At hi qui siderum secuntur disciplinam, contendunt meatus istos commoveri lunae cursibus adeo ut sic vicissitudines inter maciem aquarum et plenitudinem respiciant ad auctus eius vel eliquia. Neque eodem semper tempore, sed prout illa aut mergatur aut surgat, variant se alternantes recursus. Sed [2] hoc Deo soli cognitum est, cuius et opus mundus est solique omnis mundi ratio nota est.

[4] Quibus mare oceanum sortitur nominibus.

Huius [3] autem oceani magnitudo incomparabilis et intransmeabilis latitudo perhibetur quique a litoribus [4] suis sive

1 conperimus *Mel.* (A²) 3 quatenus *Sol.* 4 c. ne[c] 6 c. probatissim[as invenimus] 9 regi mente *Sol.* (L G) 9 c. membr[a] 14 sequuntur *Sol.* c. meatos *M* 19 hoc soli deo *Isid.* 21 c. QVOD VARII · QVIBVS MARE OCEANVM *etc.*; *verba* quod varii *delenda esse puto; aut auctoris aut librarii mendo inerasa manserunt, nisi forte censes his illum dixisse subsequentia variorum se excerpsisse auctorum scriptis.*

---

[1] XXIII, 19—22. [2] *Sed — nota est* ex Isid. de rer. nat. 40. [3] *Huius — perhibetur* ex Isid. ib. 40. [4] *a litoribus — Gaditanus* ex Isid. origg. XIII, 15, 2 et Sol. XXIII, 17.

Digitized by Google

a proximis regionibus diversa vocabula sumpsit. Dicitur Libicus, Aegyptius, Indicus, Persicus, Arabicus, Eous, Sericus, Hircanus, Caspius, Scithicus, Germanicus, Gallicus, Adlanticus, Gaditanus. Libycus a Lybia,[1] quae ita dicta, quod lybs in ea flat, id est Africus. Alii aiunt Epaphum, Iovis filium, qui Memphim in Aegypto condidit, ex Cassiota uxore procreasse filiam Lybiam, quae postea in Africa regnum possedit; cuius ex nomine terra Lybia est appellata. Africam autem nominatam quidam exinde existimant, quasi apricam, quod sit aperta caelo vel soli et sine horrore frigoris. Alii dicunt, Africam appellari ab uno ex posteris Abrahae de Caethura, qui vocatus est Afer. Aegyptius ab Aegypto; Aegyptus[2] autem ab Aegypto Danai fratre. Duae sunt autem Aegypti, superior et inferior. Aegyptus[3] inferior ab oriente habet Syriam et Palestinam, ab occasu Lybiam, a septentrione mare nostrum, a meridie montem, qui appellatur Climax. Aegyptus superior in oriente per longum extenditur, cui est a septentrione sinus Arabicus, a meridie oceanus; nam ab occasu ex inferiore Aegypto incipit, ab oriente Rubro mari terminatur. Indicus ab India,[4] quae ab Indo flumine ita vocata, quo ex parte occidentali clauditur. Haec a meridiano mari porrecta usque ad ortum solis et a septentrione usque ad montem Caucasum pervenit. Persicus a Persia,[5] quae a Perso rege cognominata, qui eam provin-

3 c. schiticus *corr.* scithicus 5 inde flat *Isid.* hoc est *Isid.* 6 Cassiopa *Isid.* 9 inde *Isid.* 10 c. h orrore *M.* 12 c. decaetura h *M.* 13 c. frat[re] 14 Palaestinam *Oros.* (PR𝔅) 17 orientem *Oros.* 19 ad orientem *Oros.* (𝔅.) 24 Perseo *Isid.*

---

[1] *Lybia — vocatus est Afer* ex Isid. origg. XIV, 5, 1. 2. [2] *Aegyptus — fratre* ex Isid. ib. XIV, 3, 27. [3] *Aegyptus — terminatur* ex Oros. hist. I, 2. [4] *India — pervenit* ex Isid. ib. XIV, 3, 5. [5] *Persia — adnectitur* ex Isid. ib. XIV, 3, 11—12.

Digitized by Google

ciam bello aggressus est. Haec tendit ab ortu usque Indos, ab occasu rubrum mare habet, ab aquilone vero Mediam tangit, ab austro Carmaniam, quae Persidi adnectitur. Arabicus ab Arabia,[1] quae ita est appellata, eo quod sit sacra. Hoc enim significare interpretatur eo quod sit regio turifera, odores creans; hinc eam Greci Eodemon, nostri beatam nominaverunt. In cuius saltibus et myrrha et cinnamum provenit. Haec autem angusto terrae tractu ad orientem versus ad Persicum sinum extenditur, cuius septentrionalia Chaldea claudit, occasum sinus Arabicus. Eous ab Eoo, nam[2] Eoos grece dicitur primus splendor aëris, quem nos per dirivationem auroram vocamus quasi eororam. Sericus ab eis qui Seres[3] appellantur qui scilicet nomen a proprio oppido sortiti sunt. Est enim gens ad orientem sita, apud quos de arboribus lana contexitur. De quibus est illud:

Ignoti facie sed noti vellere Seres.

Unde Solinus:[4] Seres ipsi quidem mites et inter se quietissimi, alias vero reliquorum mortalium coetus refugiunt, adeo ut caeterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipsi transeunt in cuius ripis nullo inter partes linguae commercio, sed deposita rerum praetia oculis estimantibus sua tradunt, nostra non emunt. Hyrcanus ab Hyrcania,[5] quae ita appellatur a silva Hyrcana, quae Scithiae subiacet, habens ab oriente mare Caspium, a meridie Armeniam, a septentrione Albaniam, ab occasu Hyberiam; est autem silvis aspera, copiosa immanibus feris. Caspius a portis Caspiis, unde Solinus:[6] portae Caspiae panduntur

1 c. orto (v) *M* ad Indos *Isid.* 9 c. caldea (h) *M* 17 [solinus: eres (s)] *M* 21 depositarum *Sol.* (H) 24 c. habent *corr.* habens 27 c. s[olinus]

---

1 *Arabia — Arabicus* ex Isid. XIV, 3, 15. 2 *nam Eoos — eororam* ex Isid. ib. V, 31, 14. 3 *Seres — vellere Seres* ex Isid. ib. IX, 2, 40; unde versum hauserit Isidorus non inveni. 4 L, 3—4. 5 *Hyrcania — feris* ex Isid. ib. XIV, 3, 33. 6 XLVII, 1—2.

Digitized by Google

itinere manu facto longo octo milibus passuum, nam latitudo vix est plaustro permeabilis. In his angustiis etiam illud est asperum, quod praecisorum laterum saxa liquentibus inter se salis venis exundant humore affluentissimo, qui constrictus vi callium velut in aestivum glatiae corporatur, ita labes invia accessum negat. Praeterea octo et viginti milium passuum tractus omnis, quoquo inde pergitur, humo arida, sine presidio sitit. Tunc serpentes undique gentium convenae a verno statim die illuc confluunt. Ita periculi ac difficultatis concordia ad Caspios nisi hieme accessus negatur. Scithicus a Scithia, Scithia [1] autem sicut et Gotia a Magog filio Iafeth fertur cognominata, nam [2] Gothorum antiquissima origo de Magog filio Iafet fuit, unde et Scitharum gens extitit. Nam et idem Gothi Scithica probantur origine nati unde nec longe a vocabulo discrepant. Demutata enim ac detracta littera Gethae quasi Scithae sunt nuncupati. Haec [3] terra olim ingens fuit, nam ab oriente India, a septentrione paludes Meotides in Danubium et oceanum usque ad Germaniam fines porrigebantur. Germanicus a Germania, [4] quae ita dicta est propter fecunditatem gignendorum populorum. Quae regio post Scithiam inferiorem a Danubio inter Rhenum fluvium oceanumque conclusa cingitur a septentrione et occasu oceano, ab ortu vero Danubio, a meridie Rheno fluvio dirimitur. Duae autem sunt Germaniae, superior iuxta septentrionalem oceanum, inferior circa Renum.

2 illud asperum *Sol.* 4 humorem affluentissimum *Sol.* (S A P²) 5 vi caloris *Sol.* aestivam glatiem *Sol.* (H) 10 c. difficultitatis ti *eras.* 12 c. iafet *M* 16 c. detrecta, *corr.* tracta 18 per paludes M. inter Danubium . . . . Germaniae fines porrigebatur *Isid.* 22 c. renum *M* 24 c. reno *M* Rheno flumine *Isid.*

---

[1] *Scithia — cognominata* ex Isid. ib. XIV, 3, 31. [2] ex Isid. ib. IX, 2, 26. 27. 89. [3] *Haec — porrigebantur* ex Isid. ib. XIV, 3, 31. [4] *Germania — circa Rhenum* ex Isid. ib. XIV, 4, 4.

Digitized by Google

Gallicus a Gallia,[1] quae sic appellatur a candore populi. Gala enim grece lac dicitur. Montes quidem et rigor caeli ab ea parte solis ardorem excludunt, quo fit ut candor corporum non coloretur. Hanc ab oriente Alpium iuga tuentur, ab occasu oceanus influit, a meridie praerupta Pirinei, a septentrione Rheni fluenta atque Germania. Cuius initium Belgica, finis Aquitania est. Adlanticus a monte Adlante. Adlans[2] enim frater Promethei fuit et rex Africę, a quo astrologiae artem dicunt prius excogitatam ideoque dictus est sustinuisse caelum. Ob traditionem igitur disciplinae et scientiam caeli nomen eius in montem Africe dirivatum est. Gaditanus a Gadibus dictus. Est[3] autem Gadis insula in fine Beticae provinciae sita, quae dirimit Europam ab Africa; in qua Herculis columnae visuntur. Quam Tyri a Rubro mari profecti occupantes lingua sua Gadis id est septam nominaverunt, eo quod circumsepta sit mari. Est autem a continenti terra CXX passibus divisa, ubi[4] primum oceano maris Magni lumen aperitur. Unde et Hercules cum Gadibus pervenisset, columnas ibi posuit, sperans ibi esse orbis terrarum finem.

[5] Quod mare oceanum undique secus navigatur.[5]

Hunc igitur oceanum multis nominibus pro regionum diversitate taxatum circumquaque navigabilem cum plurimorum

2 montes enim *Isid.* 5 c. influ~~a~~t includit *Isid.* 10 ob eruditionem igitur eius disciplinae *Isid.* 11 a *in* scientiam *litteris ci simile* 12 Gades insula *Isid.* 14 Tyrii a Rubro profecti mari *Isid.* 15 Gadir *Isid.* *(al.* Gades) 16 sepem *al.* septam *Isid.* 17 primo ab oceano . . lumen *Isid.* 19 sperans illic *Isid.* 21 *apud Duemmler (l. l. p. 177) falso legitur* sic *pro* secus

---

1 *Gallia — Aquitania est* ex Isid. ib. XIV, 4, 25. 2 *Adlans — dirivatum est* ex Isid. ib. XIV, 8, 17. 3 *Est autem — dirisa* ex Isid. ib. XIV, 6, 7. 4 *ubi primum — finem* ex Isid. ib. XIII, 15, 2. 5 cf. Martian. Cap. VI, 622 *mari undiquesecus narigato.*

Digitized by Google

didicerimus experimentis, tum Marciani Felicis Capellae probabilibus documentis, quibus id ipsum adprobando cum de rotunditate telluris loqueretur ait: [1] Rotunditas autem ipsius extima circumfusus ambit oceanus sicut navigatus undique conprobatur. Nam a Gadibus per spine Galliarumque flexum occidentalis plaga omnis hodieque navigatur. Dum autem divus Augustus classe Germaniam circuiret, septentrionalem totum permeavit oceanum. Nam primum in Cymbricum promuncturium veniens magno dehinc permenso mari ad Scithicam plagam ac rigentes undas usque penetravit. Item ab orientis principio et Indico mari pars, quae pergit in Caspium mare, a Macedonum classibus remigata, dum Seleuchus et Antiochus regnassent. Palus vero Meotica eiusdem sinus habetur oceani. Item laevi latere circumflua memorentur. Ab ipsis itaque columnis Herculis quae in Gaditano sunt litore consecrate usque in Arabicum sinum meridianus omnis permeatur oceanus, sicut plurimis asseveratur exemplis. Nam eius maximam partem Magni Alexandri sulcavere victoriae. In eodem Arabico sinu consecrato Gaio Caesare Augusti filio, Hispanarum navium naufragium et eiectae fragmentorum reliquiae paruere. Item Annio rex dum Punicum floreret imperium Mauritaniae circuitu ac dehinc meridiani flexus excursu in Arabiae terminos prolixa admodum navigatione pervenit. Cornelius auctor confirmat quendam Eudoxum fugientem regis insidias ex Arabia in Gaditana pervenisse refugia. Celius Antipater se hominem vidisse confirmat, qui negotiationis ardore in Aethiopiam ex Hispania navi-

3 rotunditatis *Mart.* 4 circa extima *Mart.* 5 per Hispaniae Galliarum *Mart.* 7 circumiret *Mart.* 8 Cimbricum *Mart.* 10 de confinio item ab *Mart.* 13 regnavissent *Mart.* 13 c. paulus *primum* u *eras.* Maeotica *Mart.* (BD) 14 lateris *Mart.* 19 constituto Gaio *Mart.* 21 Hanno rex *Mart.* 24 c. autor *M* adfirmat *Mart.*

[1] lib. VI, 617—22.

Digitized by Google

gasset. Idem Cornelius post captos Indos per Germaniam navigavit, hoc peracto subdit: ostensum puto ambitum superioris terrae, permenso in circulum mari undiquesecus navigatum.

[6] De succincta terrae divisione cum causa mediterranei maris.

Idem causam mediterranei maris inferens ait: [1] Nunc ipsius terrae divisionem quantum patitur succincta insinuatio memorabo. Circulus omnis superę habitabilisque
10 telluris, sicut plerique testantur, in tres partes est distributus: Europam, Asiam, Africamque. Quarum primam atque ultimam interruptio dissicit oceani. Nam Adlantici profundi ex Gaditano fretu vis intersecans profunda telluris Lybicum ab Hybero latus abscidit et confestim se in pro-
15 pinqui maris fluenta diffundit. Quippe a Gaditano ostio ingressum interioris maris per longitudinem cursus vix quindecim milia passuum numerantur, latitudo vero ubi angustior quinque, ubi diffusa septem, ubi prolixior decem milibus explicatur. Hinc denique per diversos sinus sub-
20 sidentesque campos tot maria tot fragores et quantum per diversa aequora tumescit. Undarum vero illa proruptio interfluentis oceani leva Europam facit, Lybiamque dextra, et montibus utrimque concluditur. Nam Europa Calpe, Africa Abinna monte despicitur, qui utrimque prominentes dici
25 columnae Herculis meruerunt, quod testimonio vetustatis laboris Herculei limes in illis sit consecratus, siquidem ultra

2 c. *proprie* naviga[b]at ba *in* vi *correct.* 4 navigato *Mart.* (BR) 8 ipsius divisionem terrae *Mart.* 12 dispescit oceani *Mart.* (L) 13 freto *Mart.* 14 c. ad *corr.* ab (*deest Mart.*) 15 diffudit *Mart.* (B) 16 in ingressum *Mart.* (B) 17 quindecim pass. milia *Mart.* 18 c. decim *corr.* decem 19 Hinc defluxere *Mart.* 24 Abyla monte *Mart.*

---

[1] Mart. VI, 622—26.

Digitized by Google

eum progredi consumptae telluris invia prohibebant. Denique etiam hoc de eius sacrę virtutis possibilitate persuasum *est* quod, cum antea natura a terris maria dispararet ac tantum cingi circuitu firmaret oceani, montium predictorum effossis radicibus divulsoque confinio camporum devexis lacunisque terrarum inprovisum pelagus in usum inpigrae mortalitatis permisit permutans orbis *terrae* faciem natureque discrimina. Hoc igitur freto, *id est Gaditano*, levorsum Europa distenditur usque in Tanai fluminis gurgitem, a quo inchoans Asia Nili itidem alveo limitatur. Qui quidem Nilus eandem Africam disrumpens telluris complexum intersecat multitudine fluviorum.

[7] Item causa mediterranei maris cum variis nominibus eorumque ethimologia.

Interea quamquam his Marciani verbis causa mediterranei maris cum divisione pateat orbis, pro eiusdem maris apertiori explanatione addendum quid ceteri dixerint. Solinus: [1] Adlanticus aestus in nostrum mare discidium permisit orbis. Nam oceanus quem Grai sic nominant de celeritate, ab occasu solis inrumpens laevo latere Europam radit, Africam dextro scissisque Calpe et Abinna montibus quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros funditur et Hispaniam. Hac [2] freto isti, cuius quindecim milia passuum efficit longitudo, latitudo

3 est *deest Mart.* 7 admisit *Mart.* terrae *deest Mart.* 8 id est Gaditano *deest. Mart.* 9 Tanais *Mart.* 10 incohans *Mart.* (B[b]) 11 Africamque *Mart.* 13 c. [item causa m. m. c. v. n. eorumque ethi]mologia; *prius alium titulum hic scriptum fuisse probant pauculae litterarum reliquiae* 15 c. [interea quamquam] 17 Sed Gaditanum fretum a Gadibus dictum * Atlanticos (us HS) aestus in nostrum *mare* discidio (um HS) inmittit orbis *Sol.* 19 Graii *Sol.* (S) 20 dextero *Sol.* (S) 23 c. [quindecim milia passuum efficit longitudo latitudo]

---

[1] XXIII, 13–16. [2] i. e. *ac.*

Digitized by Google

vix septem *milia*, quodam ostio aperit limen interni aequoris, mixtus mediterraneis sinibus, quos adusque orientem propellit. Horum, qui Hispanias perfundit, Hybericus fertur et Balearicus. Qui Narbonensem provinciam, Gallicus, mox Ligusticus; ab eo ad Siciliam Tuscus, quem Greci Ionium vel Tyrrenum, Itali Inferum vocant; a Sicilia Cretam usque Siculus, inde Creticus, qui in Pamphiliam et Aegyptum pertendit: quae aquarum moles torto in septentrionem prius latere, anfractibus magnis iuxta Gretias et Illiricum per Hellespontum in angustias stringitur Propontidis; quae Propontis Europam Asiamque discriminans ad Meotidem pervenit. Et causas nominum pandens addit: causam nominum non uniformis dedit ratio. Asiaticum et Phenicum a provinciis dictum; ab insulis Carpatium, Aegeum, Icarium, Balearicum, Tuscum; ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corintium, Tyrium; a casibus hominum Myrtoum vel Hellespontum; a memoria regis Ionium; a bovis transitu vel angustis etiam meatibus boum perviis Bosforos; a moribus accolarum Euxinus, Axinos ante appellatus; ab ordine fluenti Propontis. Aegyptium pelagus Asiae datur, Gallicum Europę, Africum Lybiae, his ut quaeque proxima sunt venerunt in partes partium.

[8] Aethimologiarum latius repetitio.

Sed ut haec dilucidius agnoscantur, aethimologiae nominum latius repetantur. Isidorus de hoc loquens mari ait: [1] Mare magnum est, quod ab occasu ex oceano fluit et in meridiem vergit, deinde ad septentrionem tendit. Quod inde magnum appellatur, quia cetera maria in comparatione eius excepto

1 milia *deest Sol.* 6 vocitant *Sol.* (S) 9 c. anfra[cti]bus 10 Hillyricum *Sol.* (H) 13 causas *Sol.* (H) 16 Myrteum *Sol.* (P) 18 Bosporos *Sol.* (bosforus H) 19 Axinus *Sol.* (H) 23 *litterae* A E *rubr. detersae nigris suppletae* 27 c. deinde a d *M*

[1] Origg. XIII, 16, 1—5.

Digitized by Google

oceano minora sunt. Iste est et mediterraneus, quia per mediam terram versus orientem perfunditur Europam et Africam Asiamque disterminans. Cuius primae partis sinus qui in Hispanias perfunditur, Hibericus et Balearicus appellatur. Deinde Gallicus, qui Narbonensem provinciam alluit. Mox Ligusticus qui iuxta Genuam urbem est proximus. Post haec Tyrrenus qui Italiam attingit, quem Graeci Ionium, Itali Inferum vocant. Inde Siculus, qui a Sicilia usque ad Cretam vadit. Deinde Creticus, qui in Pamphiliam et Aegyptum pertendit. Inde Hellesponticus, qui in septentrionem retorquens anfractibus magnis iuxta Gretias et Hylliricum in angustias septem stadiorum stringitur; quo Xerses ponte navibus facto in Gretiam commeavit. Inde diffusus aequore patenti rursus stringitur et facit Propontidem, qui mox in quingentos passus coartatur, fitque Bosforus Tratius, quo Darius copias transportavit. Inde Ponticus sinus amplissimus a tergo Meotidis paludis. Quod mare ex multitudine fluminum dulcius quam cetera, nebulosumque et brevius unde et Pontum vocatum, quod sit brevior. Sicut autem terra dum una sit pro diversis locis variis appellatur vocabulis, ita et pro regionibus hoc mare magnum diversis nuncupatur nominibus. Nam Hybericum et Asiaticum a provinciis dictum, scilicet Hyberia, [1] quae ita dicta est ab Hybero Hispaniae fluvio, qui quondam toti Hispaniae nomen dedit. Et Asia [2] quae ex nomine cuiusdam mulieris sic est appellata, quae apud antiquos orientis tenuit imperium.

Ab [3] insulis: Balearicum.

Baleares [4] insulae Hispaniae duae sunt: Afrosiades et Gimnasiade maior et minor, unde et eas vulgo Maioricam

1 istud est et mediterraneum *Isid.* 4 c. baleriacus ari *corr. M*[1] 10 Hellespontus *Isid.* 12 Xerxes *Isid.* 19 Ponticum *Isid.* 19 brevius *Isid.* 24 c. totius us *eras.* 29 et maior *Isid.* 29 vulgus *Isid.*

---

[1] *Hyberia — dedit* ex Isid. ib. XIII, 21, 31. [2] *Asia — imperium* ib. XIV, 3, 1. [3] ib. XIII, 16, 5. [4] ib. XIV, 6, 44.

Digitized by Google

et Minoricam nuncupant. In his primum insulis inventa est funda, quibus fundis lapides emittuntur, unde et Baleares dictae. Bali enim grece emittere dicitur, unde et balista, quasi missa; hinc et fundibalum.

5 Siculum a Sicilia, Sicilia [1] a Sicano rege Sicania cognominata est.

Deinde a Siculo Itali fratre Sicilia; prius autem Trinacria dicta propter tria acra, id est promuncturia, Pelorum, Pachinum et Lilibeum.

10 Trinacria enim grecum est, quod latine triquadra dicitur, quasi in tres quadras divisa. Haec ab Italia exiguo fretu discreta, Africum mare prospectans, terris frugifera, auro habundans; cavernis tamen et fistulis penetrabilis, ventisque et sulphure plena; unde et ibi Aethnae vomentis 15 extant incendia; in cuius fretu Scylla et Caribdis quibus navigia aut absorbuntur aut colliduntur.

Creticum a Creta, [2] quia pars Gretiae est. Haec primum a temperie cęli Maccaron Nesson appellata est; deinde Creta dicta a Crete rege quondam indigena, quem aiunt, unum 20 Curetarum fuisse, a quibus Iupiter ibi absconditus est et enutritus. Est autem insula Gretiae in ortum et occasum longissimo tractu porrecta; a septentrione Gretiae aestibus, ab austro Aegyptiis undis perfusa.

Cyprium a Cypro; [3] quae insula a civitate Cypro, quae 25 in ea est, nomen accepit. Ipsa est et Pafon, Veneri consecrata, vicina austro, famosa quondam divitiis et maxime aeris.

1 in iis *Isid.* 2 funda qua lapides *Isid.* c. etmittuntur t *eras.* 3 *βαλλειν* enim *Isid.* 7 c. tinacria *M*[1] 10 triquetra *al.* triquadra *Isid.* 12 freto *Isid.* 14 montis *Isid.* 15 freto *Isid.* 16 absorbentur *Isid.* 17 c. [quia pars Graetiae est] 19 a Crete quodam ind. *Isid.* 20 Cretarum *al.* Curetum *Isid.* 21 inter ortum *Isid.* 23 c. unda is *corr.* *M.*

---

[1] ex Isid. origg. XIV, 6, 32. [2] ib. XIV, 6, 15. [3] ib. XIV, 6, 14.

Digitized by Google

Carpaticum a Carpato [1] appellatum; quae ita vocata propter celerem fructuum maturitatem. Est enim inter Aegyptum et Rhodum; ex hac insula dicuntur Carpasiae naves, magnae et spatiosae.

Aegeum [2] a saxo, quod est in mari potius quam insula, inter Tenedum et Chium, quod visentibus procul caprae simile creditur, quam Greci aega nuncupant, unde Aegeum mare est dictum.

A gentibus: [3] Gallicum, de quo supra habunde.

Ausonium ab Ausonia, id est Italia, de qua Ausoniam [4] appellavit Auson Ulixis et Calypsus filius eam primum partem Italiae, in qua sunt urbes Beneventum et Cales. Deinde paulatim tota quoque Italia quae Apennino finitur, dicta est Ausonia ab eodem duce, a quo etiam urbem conditam Aruncam ferunt.

Dalmatium a Dalmatia, quae prima Gretiae provincia, a Delim maxima eiusdem provincie civitate traxisse nomen existimatur.

Ab oppidis. [5] Argolicum ab Argo; *nam Argos proprie civitas Gretiae, nec mirum si dicitur etiam oppidum.*

Corintium a Corinto, [6] quod edidit in Achaiam Corinthus, Orestis filius; hanc Greci Corintheiam vocant, hoc est administrationem rei publicae. Tyrium a Tyro; Tyrus [7] enim urbs Phoenicum est, *est etiam provincia; interpraetatur autem angustia sive tribulatio.*

3 et Carpasiae *Isid.* 7 unde et *Isid.* 9 c. habunde *M* 11 Ulixis *cum P.* G (ulyxis M) primum *cum Pauli* G (primam M) 13 apennino *cum P.* G (appennino M) 14 conditam fuisse *P.* M *deest* P 17 Delmi *Isid.* 21 c. coritium *M* 21 in Achaia condidit *Isid.*

---

[1] ib. XIII, 16, 5 sq. et XIV, 6, 24. [3] ib. XIII, 16, 5. [4] *Ausoniam — ferunt* ex Pauli epit. Festi s. v. *Auson* (ed. Müller p. 18). [5] ex Isid. ib. XIII, 16, 6. [6] ex Isid. ib. XV, 1, 45. [7] ex Isid. ib. XV, 1, 27.

Digitized by Google

Adriaticum ab Adria;[1] nam Adria quaedam civitas Illirico mari proxima fuit, quae Adriatico mari nomen dedit.

A positione caeli,[2] ut Superum et Inferum quod sit oriens superior et occidens inferior. Est autem Tuscum et
5 Adriaticum.

A memoria regis, ut Ionium.[3] Io quippe rex fuit Gretiae, unde Iones Athenienses; hoc mare et Tyrrenum dictum sive quod Tusciam alluit id est Tyrreniam, sive a Tyrrenis nautis qui se in hoc mare praecipitaverunt. Et sciendum,
10 Ionium sinum esse inmensum ab Ionia usque ad Siciliam, et huius partes esse Adriaticum Achaicum et Epyroticum.

A casibus[4] hominum, qui deciderunt in mari ut Hellespontum, Ycarium, Myrteum; nam Myrteum mare dictum a Myrtilli lapsu, quod illic ab Enomao praecipitatus sit. Icarius
15 vero Cretensis, ut fabulę ferunt, altiora petens pennis solis calore solutis, mari in quod cecidit, nomen inposuit.

Frixus quoque cum Helle sorore sua fugiens insidias novercales conscendit navem signum arietis habentem, qua liberatus est. Helles autem soror eius perpessa naufragium
20 decidit in mare et mortua Hellesponto mari nomen dedit.

Ab[5] ordine fluenti: Propontis, dictum quidem Propontum quia pontum prevenit. Idem et a transitu et angustis meatibus boum Bosforos; *de hoc mari loquens Solinus ait*:[6] quum in Ponticis rebus sumus, non erit omittendum, unde
25 mediterranea maria caput tollant. Existimant enim quidam, sinus istos a Gaditano fretu nasci nec aliam esse originem, quam eliquia inrumpentis oceani, cuius spiritu pervadente,

1 c. adriacum *M* (ti) 7 c. aethenienses 8 c. aluit *M*[2] (l) 12 ceciderunt *al.* deciderunt *Isid.* mare *al.* mari *Isid.* 14 Icarus *Isid.* 21 nam dicta Propontis *Isid.* 26 freto *Sol.* (S)

---

[1] ex Isid. ib. XIII, 16, 6. [2] ex Isid. ib. XIII, 16, 7. [3] ex Isid. ib. XIII, 16, 7. [4] ex Isid. ib. XIII, 16, 8. [5] ex Isid. ib. XIII, 16, 9. [6] XVIII, 1.

Digitized by Google

apud aliquod mediterranea littora, sicut in Italiae parte fieri accessus vel recessus. Qui contrarium sentiunt, omnem illum fluorem aiunt a Ponticis faucibus inundare, idque fulciunt argumento non inani, quod aestus e Ponto profluus numquam reciprocetur. 5

Meotis [1] quidem palus est Scithiae, in cuius medium Tanais ex Ripheis silvis veniens profluit, et hinc Meotis dicta estimatur, eo quod inter duas mundi partes, id est Asiam et Europam media iaceat. Adeo enim nimio frigore congelascit, ut plaustris iter prębeat. Unde Lucanus: [2] 10 Scithicis patiens Meotida plaustris. Tanais [3] autem qui eam influit, dicitur a quodam rege, qui dictus est Tanus.

[9] De insulis maris Oceani, nec non etiam maris Magni, sed primo Magni maris a Meotide in oceanum.

Utriusque igitur maris ratione decursa, nunc non [4] 15 alienum est, emergentes terras inter fluenta praesertimque nobiles commonere, quae quod in salo sint, insulae vocitantur; et primo ante eas, quae sunt oceani, maris magni notandae sunt quaedam, neque morosa debet esse percursio.

Paucae [5] sunt in Meotide, inde enim videtur commo- 20 dissimum incipere, neque omnes tamen incoluntur. Nam ne pabula quidem large ferunt; hac re habitantibus caro maiorum piscium sole siccata et in pollinem usque contusa pro farre est.

Paucae [6] et in Ponto obiectae ostio Boristenis, parvae 25

1 aliquot *Sol.* c. partąe 3 c. aiunt [a] ponticis *M* 21 c. *post* incoluntur *versum incipit* 22 c. quidąem c. [h] ac *M*[1] c. [c] taro *M*[1] magnorum *Mel.* 25 Borysthenis *Mel.* (B)

[1] partim ex Isid. XIII, 21, 24. [2] Phars. II, 638. [3] Isid. XIII, 21, 24. [4] ex Mart. VI, 643 et Isid. XIV, 6, 1 compilatum mutato verborum ordine. [5] ex Mel. II, 97. [6] ex Mel. II, 98 quibusdam mutatis verbis (cf. Mel. l. l. *paucae et in Ponto Leuce Borysthenis ostio obiecta parva admodum et quod ibi Achilles situs est Achillea cognomine).*

Digitized by Google

admodum et quod ibi Achilles situs est, Achilleae cognominatae. Non longe a Cholis Aria, quae Marti consecrata est ut fabulis traditur. Sex sunt inter ostia Histri, ex his Peuce notissima et maxima, Cynias Mariandinorum finibus
5 proxima.

Contra Trachium [1] Bosforum duae parvae parvoque distantes spatio quae Cyanitae vocantur et Simphegades.

In Hellesponto mari sunt Cyclades [2] insulae, quas inde Cycladas autumant dictas quod licet spatiis longioribus a
10 Delo sint proiectae in orbem tamen circa Delo sunt site. Nam orbem cyclon Grai locuntur. Quidam vero non quod in orbem digestae sed propter scopulos qui circa easdem sunt, putant dictas Cycladas. Sunt autem numero LIII, tenentes a septentrione in meridiem milia quingenta, ab
15 oriente in occasum milia ducenta.

Metropolis earum Rhodos, quarum nomina quia multis iam partim nota, congruum duximus aliquatinus omittenda. Nam in sinum [3] quem maximum Asia recipit, prope media Cypros, ad ortum occasumque se inmittens recto iugo inter
20 Cilitiam Syriasque porrigitur ingens utque aliquando nomen regna coeperit, quae [4] a civitate Cypro, sicut iam praelibatum est, quae in ea est, nomen accepit; ipsa est et Pafon, Veneri consecrata, famosa quondam divitiis et maxime aeris; ibi enim prima huius metalli inventio et utilitas fuit.

25 Creta [5] insula pars est Gretiae ingens contra Peloponensem inter ortum et occasum tractu longissimo, ut dictum

2 Colchis *Mel.* (ABK) 3 est *deest Mel.* Histri ostia *Mel.* 4 c. speuce, *corr.* peuce Thynias *Mel.* (AKR) Mariandynorum *Mel.* 6 c. contrachium, *corr.* contra trachium Thracium *Mel.* (A) 7 Cyaneae *Mel.* (A) Symplegades *Mel.* (K) 18 sinu *Mel.* (A) c. recepit *M*[1] 19 recto iugo se inmittens *Mel.* (A) 20 novem *Mel.* (A) 22 Pafos *Isid.*

---

[1] ex Mel. II, 99. [2] ex Isid. XIV, 6, 19 *(Cyclades — Rhodos)*.
[3] ex Mel. II, 102. [4] ex Isid. ib. XIV, 6, 14. cf. supra p. 14.
[5] ex Isid. XIV, 6, 15. cf. supra p. 14.

Digitized by Google

est, porrecta, hinc [1] Gretia illinc Cyrenis obiacentibus; a septentrione Aegeis et suis aestibus verberatur, id est Creticis, ab austro undis Lybicis perfunditur et Aegyptiis; constipata centum urbibus sicut perhibent quidam, sed magnis et ambiciosis oppidis. Quae cum dicta sit a Crete quodam 5 Curetarum rege, nonnulli eam a temperie caeli Maccaron Neson appellatam prodiderunt; [2] prima potuit remis et sagittis, prima litteris iura finxit Pyrri corepertore, equestres turmas prima docuit lascivas vertigines implicare, ex qua disciplina bellicae rei usus datus. Studium musicum inde coeptum 10 cum Idei dactili modulos crepitu ac tinnitu aeris deprehensos in versificum ordinem transtulissent. Albet iugis montium Dictinnei et Cadisca qui ita excalescunt ut eminus navigantes magis putent nubila; propter caeteros idemque ante solis ortus solem vident. Varro in opere, quod de littoralibus 15 est etiam suis temporibus affirmat sepulcrum Iovis ibi usitatum. Cretes Dianam religiosissimam venerantur, Britomartem gentiliter nominantes quod sermone nostro sonat virginem dulcem. Ager Creticus silvestrium caprarum copiosus est, cervo eget; lupos vulpes aliaque quadrupedum 20 noxia nusquam educat; serpens nulla, larga vitis, mira soli indulgentia, arborarii proventus habundantes. Nam in huius tantum insulae parte repullulant caesę cypressi; herba alimos dicitur, ea admorsa diurnam famem prohibet; proinde et

3 Libycis undis *Sol.* non stipata *Sol.* (HS) 8 fixit *Sol.* (HS) Pyrrhicho repertore *Sol.* (L) 13 Cadisti *Sol.* excandescunt *Sol.* (HS) 14 c. putạent praeter ceteros Ida est qui *Sol.* (id est HS) 15 ortum *Sol.* (HS) videt *Sol.* (G) 17 visitatum *Sol.* (h) *in margine cod. leguntur* E Solino c. 17 *manu s. XVI vel XVII* religiosissime *Sol.* *in margine superiore legitur* Britomarte *ab eadem manu scriptum qua supra* 18 sonat t *a* M^2 *redintegr.* 22 c. h abundantes *M* c. ad morsa, *corr.* admorsa

[1] ex Sol. XI, 4—14. [2] cf. supra p. 14.

Digitized by Google

haec Cretica est. Phalangium araneae genus est, si nisum quaeras, nulla vis corporis, si potestatem, ictu hominem veneno interficit.

Lapis quoque Ideus dactilus dicitur insulae huic fami-
5 liaris, coloris ferrei, humano pollici similis. Avem noctuam Creta non habet, et si inveniatur, emoritur.

Abidos [1] insula super Hellespontum posita angusto et periculoso mari separata, in quo Xerses pontem ex navibus fecit et in Gretiam transiit.

10 Choos [2] insula adiacens provintiae Atticae in qua Hypocrates medicus natus est. *Quae ut* Varro testis est, arte lanificii prima in ornamentum feminarum claruit. In eodem [3] mari etiam Canopos Nili ostio, quod Canopicum vocant, obvia est; Menelai gubernator Canopus ibi forte moriens
15 nomen insulae, illa ostio dedit. Pharos [4] nunc Alexandriae ponte coniungitur, olim, ut Homerico carmine proditum est, ab eisdem oris cursu diei totius abducta, et si ita res fuit, videri potest consectantibus in tantum mutatas causas Nilum praebuisse dum limum subinde et precipue cum exundaret
20 littori adnectens auget terras spatiumque augescentium in vicina vada promovet.

Plures [5] Europae littoribus appositae sunt in Aegeo mari prope Tratiam quas quia singillatim nominare perlongum est, notiores perstrinximus.

25 Ibi est [6] Chio insula, Syra lingua ita appellata, eo quod ibi nascitur mastix; Syri enim masticem chio vocant.

1 phalangio *Sol.* (falangium S) 2 c. ictum ictum *Sol.* (H) 4 Idaeus dactylus *Sol.* insulae isti *Sol.* 6 invehatur *Sol.* (HS²) 8 Xerxes *Isid.* 12 inclaruit *Isid.* Canopus *Mel.* 17 c. obducta, *corr.* ab 18 mutatae *Mel.* 22 adpositae *Mel.* (A²) Aegaeo *Mel.* (A) 23 Thraciam *Mel.* 25 appellatur eo quod ibi mastix gignitur *Isid.*

---

[1] ex Isid. XIV, 6, 17. [2] ex Isid. XIV, 6, 18. [3] ex Mel. II, 103. [4] ex Mel. II, 104. [5] ex Mel. II, 106. [6] ex Isid. XIV, 6, 31.

Digitized by Google

Samo [1] insula in mari Aegaeo, ubi nata est Iuno, *sicut refert Isidorus.* Ex qua fuit sybilla Samia et Pythagoras Samios; in hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur, unde et vasa Samia appellata sunt.

Atho [2] monti Lemnos adversa. Pegaseus sinus Scyron prospicit.

Verum [3] opulentissima Caristos et Calcis, circa [4] Peloponnenson etiamnunc in Aegeo Pytinussa et Aegyna Epidaurico littori proxima.

Inter ignobiles alias loeto Demostenis nobilis; in Myrtio [5] Cythera, Dulichium, unde Virgilius

Dulichias vexasse rates. [6]

Et inter non ignobiles Ulixis nomine Itaca maxime inlustris.

In Epyro Strophades.

Contra Ambrasium sinum Leucadia et vicina Adriatico mari Cortira, aliaeque plures.

Deinde Sicilia, *de qua Solinus* :[7] Ergo Sicilia quod cum primis adsignandum est, diffusis prominentibus triquetra specie figuratur. Pachinus aspectus in Peloponensem et meridianam plagam dirigit, Pelorias adverso vesperi Italiam videt, Liliboeum in Africa extenditur; inter quae Pelorias

1 est mari Aegaeo *Isid.* 3 c. samos *M* 5 Pegasaeus *Mel.* (B) 7 opulentissimae *Mel.* Carystos *Mel.* (AB) Chalcis *Mel.* (GLP) Peloponneson *Mel.* (C) 8 Aegaeo *Mel.* (A) Pitynussa *Mel.* (R) Aegina *Mel.* 10 Demosthenis *Mel.* (B) Myrtoo *Mel.* (A) 13 Ithaca *Mel.* (B) 15 Epiro *Mel.* 16 Ambracium *Mel.* c. adriaco *M* Hadriatico *Mel.* (B) 17 Corcyra *Mel.* (B) 20 Pachynus *Sol.* Peloponnesum *Sol.* (H) 21 adversa *Sol.* (h) vespero *Sol.* 22 Lilibaeum *Sol.* Africam *Sol.* (HS)

---

[1] ex Isid. XIV, 6, 31. [2] ex Mel. II, 106. [3] ex Mel. II, 108. [4] ex Mel. II, 109. [5] ex Mel. II, 110. [6] Ecl. VI, 76. [7] V, 2—9.

Digitized by Google

praestat laudata aegregio soli temperamento, quod neque humido in limo madefiat, neque fatiscat in pulverem siccitate. Ubi ea introrsum recedit et in latitudinem panditur, tres lacus obtinet, quorum unus, quod piscium copiosus est, non
5 equidem ad miraculum duxerim. Sed quod et proximans condensus arbustis inter virgultorum opacas feras nutriat et admissis venatibus per terrenos tramites, quibus pedestres accessus excipit, duplicem piscandi venandique prebeat voluptatem, numeratur inter eximia. Tercium ara sacrum ad-
10 probat, quae in medio sita brevia dividit a profundis. Qua ad eam pergitur, aqua crurum tenus pervenit. Quod ultra est, nec explorari licet nec adtingi, et si fiat, si sit ausus, malo plectitur quantamque sui partem ingurgitaverit, tantam in perditum vadit.

15 Ferunt quendam in haec alta quam longissimam poterat iecisse lineam, eam ut recuperaret dimerso brachio nisum adiuvat, cadaver manum factam. Peloritana ora habitabatur colonia Tauromenia, quam prisci Naxum vocabant. Oppido Pachino multa thymnorum inest copia ac propterea semper
20 captura larga. Lylybitano Lylybeum oppidum decus est Sibillae sepulchro. Sicaniae diu ante Troiana bella Sicanus nomen rex dedit, advectus cum amplissima Hyberorum manu: post Siculus Neptuni filius. In hanc plurimi Corinthiorum, Argivorum, Iliensium, Doriensium Cretensium confluxerunt,
25 inter quos et Dedalus, fabre artis magister.

Eminet montibus Aethna et Erice; Vulcano Aethna

1 unico soli *Sol.* (HS) 2 lutum madefiat *Sol.* 3 ea ubi *Sol.* 5 ei proximans *Sol.* (HS) 6 opaca *Sol.* 7 venantibus *Sol.* (HA) 10 c. quia 12 qui id ausus sit *Sol.* (sit ausus HS) 13 gurgiti intimaverit *Sol.* (HS) 14 it perditum *Sol.* (S) 16 dum merso *Sol.* (demerso HS) 17 habitatur *Sol.* 19 Pachyno *Sol.* thynnorum *Sol.* c. copiac *M* 20 Lilybitano Lilybaeum *Sol.* 22 rex nomen *Sol.* (HS) Hiberorum *Sol.* 25 c. febre, fabricae *Sol.* (S) 26 c. ericae *M* Eryce *Sol.*

Digitized by Google

sacer est, Erix Veneri. In Aethnae vertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erumpit vapor, praemisso prius fremitu, qui per aestuantes cavernarum latebras longo mugitu intra terrae viscera divolvitur, nec ante se flammarum globi attollunt, quam internis trepitus antecedant. 5

Quicquid [1] Sicilia gignit sive solis sive hominis ingenio, proximum est his, quae optima iudicantur. Hic primum inventa comoedia, hic et cavillatio mimica in scena stetit; gentem Cyclopum testantur vasti specus. Ceres inde magistra sationis fructuariae; hic itidem campus Hennensis 10 semper in floribus et omni vernus die. Quem propter est demersum foramen, qua Ditem patrem ad raptus Liberi exeuntem fama est luce haustum.

Inter Catinam et Siracusas certamen est de inlustrium fratrum memoria, quorum nomina sibi diversae partes adop- 1 tant: Si Catinenses audiamus, Anapius fuit et Amphinomus, si quod malunt Siracusae, Emanthiam putabimus et Critonem. Catinensis tamen regio nomen dedit facto; in quam se cum incendia Aethnae prorupissent, iuvenes duo sublatos parentes evexerunt inter flammas inlesi ignibus. Horum memoriam 20 ita posteritas munerata est, ut sepulchri locus nominaretur Campus Piorum.

De Arethusa et Alpheo verum est hactenus quod conveniunt fons et amnis; fluminum miracula habunde varia sunt: Dianam qui ad Camerinam fluit, si habitus pudicae 25 hauserit, non coibunt in corpus unum latex vineus et latex aquae.

1 Eryx *Sol.* 6 soli *Sol.* (HS) c. comedia *M* 10 hic *superscr.* ibidem *Sol.* (H) 11 in flor. semper *Sol.* 12 Liberae *Sol.* (H) 13 lucem hausum *Sol.* (luce H) 18 causam dedit facto *Sol.* 19 Aetnae incendia *Sol.* protulissent *Sol.* 24 c. abunde *M* 25 inpudice *Sol.* (HS) 26 c. auserit *M*

[1] Sol. V, 13—19.

Digitized by Google

Apud Segestanos Helbessus in medio flumine subita exaestuatione fervescit et eundem quamvis dimersum Aethna frigore antevertit.

Hymereum caelestes mutant plagae; amarus denique est, dum in aquilonem fluit, dulcis ubi ad meridiem flectitur. Quanta in aquis tanta novitas in salinis. Salem Agrigentinum si igni iunxeris dissolvitur ustione. Cui si liquor aquae proximaverit, crepitat veluti torreatur.

Purpureum Aethna mittit, in Pachino translucidus invenitur.

Caetera salinarum metalla quae sunt aut Agrigentino aut Centuripino proximantia funguntur cautium ministerio, nam illic excidunt signa ad facies hominum vel deorum.

Termitanis locis insula est harundinum ferax; hae accommodatissimę sunt in omnem sonum tibiarum, seu praecentorias facias, quarum locus est ad pulvinaria praecinendi, sive vascas, quae foraminum numeris accedunt seu [1] puellatorias quibus a sono clariore vocamen datur, sive gingrinas, quae breviores licet subtilioribus tamen modis insonant, aut milvinas quae in accentus exeunt acutissimos, aut Lydias, quas et turarias dicunt, vel Corinthias vel Haeptias aliasve a musicis per diversas officiorum et nominum species separatas.

In Alesina regione fons alias quietus et tranquillus cum

1 c. belbessus, *corr.* hel (helbessus *Sol.* HS) 2 fervet *Sol.* (HS) Acidem quamvis dimissum *Sol.* 3 frigore nullus *Sol.* 4 Himeraeum *Sol.* (H) 7 c. lǫquor *M* 11 Agrigento *Sol.* (hS) 12 Centuripis *Sol.* (HS) 13 excuduntur *Sol.* (HS) 14 c. haeç acomodatissimę *M* quae accom. *Sol.* (H) 15 praecentorias antecedunt *Sol.* 21 Aegyptias *Sol.* (eptias H) 22 c. alia suae 23 separatas] *in marg. superiore scriptum eadem manu saec. XVI* TIBIAE EARIAE 24 Halesina *Sol.* (HS)

---

[1] Sol. V, 19—26.

Digitized by Google

siletur, si insonent tibiae exultabundus ad cantum elevatur, et quasi miretur vocis dulcedinem ultra margines intumescit. Gelonium stagnum tetro odore abigit proximantes; ibi et fontes duo, alter de quo si sterilis sumpserit fecundatur, alter quem si fecunda hauserit vertitur in sterelitatem. Nec longe 5 inde collis Vulcanus in quo aliquid divinę rei operatur ligna vitea super aras struunt nec ignis apponitur in hanc congeriem; cum prosicias tulerunt, si adest deus, si sacrum probetur sarmenta licet viridia sponte concipiunt et nullo inflagrante a litato numine fit accendium; ubi aepulantis alludit 10 flamma, quae flexuosis excessibus vagabunda quem contigerit non adurit, nec aliud est quam imago nuntia perfecti rite voti.

Idem ager Agrigentinus eructat limosas scaturrigines et ut venae fontium sufficiant rivis subministrandis, ita in 15 hac Siciliae parte solo numquam deficiente aeterna reiectatione terram terra vomit.

Achaten lapidem Sicilia primum dedit in Achatae fluminis ripis repertum non vilem, cum ibi tantum inveniretur; quippe interscribentes eum venae naturalibus sic notant 20 formis, ut cum optimus est, varias praeferat rerum imagines. Unde anulus Pyrri regis qui adversus Romanos bella gessit, non ignobilis fame [1] fuit, cuius gemma achates erat, in quo novem Musae cum insignibus suis singulae et Apollo tenens citharam videbantur, non inpressis figuris, sed ingenitis nunc 25

1 si *adi. ex Sol.* cantus *Sol.* (H) 4 fecunda fit *Sol.* (HS) 6 Vulcanius *Sol.* qui (quid HS) div. rei operantur (H) *Sol.* c. operatur. ligna 7 c. apponitur; in h. congeriem cum 8 intulerunt *Sol.* probatur *Sol.* (S) 10 c. a|litato numine *ab ead. manu saec. XVI* halitu ab ipso numine *Sol.* (H) ibi *Sol.* (H) epulantes *Sol.* (HS) 15 sufficiunt *Sol.* (HS) 17 evomit *Sol.* (H) 23 c. ignobilęs *M*

---

1 i. e. famae.

Digitized by Google

diversis locis paret. Dat Creta, quem curalii achaten vocant curalio similem, sed et inlitum guttis auro micantibus et scorpionum ictibus resistentem. Dat India reddentem nunc nemorum nunc animalium facies quem vidisse oculis favet, quique intra os receptus sedat [1] sitim; sunt et qui usti redolent myrrae odorem. Achates sanguineis maculis inrubescit; sed qui maxime probantur, vitream habent perspicuitatem ut Cyprius, nam qui sunt facie cerea, habundantes trivialiter leguntur.

Omnis ambitus huius insulae clauditur stadiorum tribus milibus.

Salustius [2] autem dicit, Italiae coniunctam fuisse Siciliam, sed medium spatium impetu maris divisum et per angustiam scissum.

Tapsum insula stadiis X a Sicilia remota iacens et planior, unde et nuncupata. De qua Virgilius: [3] Tapsumque iacentem.

In [4] Siculo etiam freto insulas esse non dubium est, Africam versus Gaulo Meleta ac Marina. A Lyliboeo in milibus octoginta octo Consura in centum tredecim Erones Roscoene Lampadusa Astusa quam alii Egeusam dixerunt et ceterae. Sunt aliae in freto Siciliae septem Aeoliae, appellatae a nostris Vulcaniae, cum diversis nominibus: prima dicitur Lypara, secunda Terasia, tertia Strongilae, in qua

1 curalliachaten *Sol.* (LG) 2 curallio *Sol.* (HS) sed inlitum *Sol.* (HS) 6 haemachates *Sol.* (LAP) 7 c. prę-spicuitatem *M*[1] 8 c. abundantes *M* 9 negleguntur *Sol.* 19 Gaulos, (BD) Melita (D) a Camarina in milibus octog. octo a Lilybaeo in centum tredecim, Consura Hieronesos Coene Lopadusa Aethusa *Mart.* (B) 20 c. egeusiam i *eras.* dixere *Mart.* 22 aliae citra Siciliam *Mart.* 24 Therasia *Mart.* (B) Strongyle *Mart.* (B)

---

1 ex Sol. V, 26—27. 2 ex Isid. XIV, 6, 34. 3 Aen. III, 689. 4 ex Mart. Cap. VI, 648.

Digitized by Google

Aeolus regnasse fertur, et e flamma in proximo prorumpente vel eius fumo, qui ventus flaturus esset intellexisse, quod hodieque eius loci insulas certum est persentire. Quarta vero insula est Didimoe, quinta Erepusa sexta Foenicos ultima Dyrimos; *de quibus Solinus*:[1] in freto Siciliae viginti quinque milibus passuum ab Italia absunt; Itali Vulcanias vocant, et ipsa natura soli ignea; per occulta commercia aut mutuantur Aethnae incendia aut subministrant. hic dicta sedes deo ignium. numero septem sunt. Lypare nomen rex dedit Lyparus, qui ante Aeolum eam rexit. Alteram Hieram vocant; ea praecipue Vulcano sacrata est et plurimum colle eminentissimo nocte ardet. Strongile tertia, Aeoli domus, vergitur ad exortus solis minime angulosa, quae flammis liquidioribus differt a caeteris. Haec causa efficit, quod ex eius fumo potissimum incolae persentiscunt, quinam flatus in triduo pertendant; quo factum ut Aeolus rex ventorum crederetur. *Quidam*[2] *autem* novem aiunt et ut fama est, ex[3] his quaedam ab initio non fuerunt, postea in mare aedita usque nunc permanent.

[10] De Sardinia.

Sardinia[4] quoque, quam apud Tymeum Sandalioten legimus, Hicnus apud Crispum, in quo mari sita sit, quos

1 c. aeoles *corr.* us c. prorumpete *M* 2 c. fomo *M*[1] 3 loci incolas *Mart.* 4 Didyme *Mart.* c. e[repusa] Ericusa *Mart.* (BR) Phoenicusa *Mart.* (foenicus R) 5 ult. Euonymos *Mart.* (donymos BR) in freto Siculo Hephaestiae insulae *Sol.* 6 c. ita uulc. *M* 7 nam et *Sol.* 10 eam ante Aeol. *Sol.* (H) Hieran *Sol.* (HS) 11 vocaverunt *Sol.* c. collo, *corr.* e 18 ex iis *Isid.* 19 mari *Isid.* 22 Ichnusam *Sol.* (ichnus HS)

[1] VI, 1—3. [2] Isid. XIV, 6, 37. [3] Isid. XIV, 6, 37. [4] e Sol. IV, 1—7.

Digitized by Google

incolarum auctores habeat, satis celebre est. Nihil ergo attinet dicere, [ut] Sardus Hercule, Norax Mercurio procreati cum alter a Lybia, alter ab usque Tertesso Hispaniae in hosce fines permeavissent, a Sardo terrae, a Norace Nore oppido nomen datum. *Igitur* Sardinia est quidem absque serpentibus, et quod aliis locis serpens hoc solifuga Sardis agris, animal perexiguum *quam* aranei forma, solifuga dicta, quod diem fugiat.

In metallis argentariis plurima est, nam solum illud argenti dives est: occultim reptat et per inprudentiam supersedentibus pestem facit. huic incommodo accedit et herba Sardonia, quae in defluviis fontaneis provenit iusto largius; ea si edulio fuerit nescientibus, nervos contrait, deducit rictu hora [1] ut qui mortem oppetunt, intereant facie ridentium. Contra quicquid aquarum est, varie commodis servit; stagna pisculentissima; hibernae pluviae in aestivam poenuriam reservantur; nam homo Sardus opem plurimam de imbrido caelo habet: hoc conlectaneum departitur ut sufficiat usui, ubi defecerint scaturrigines. fontes calidi et salubres aliis locis effervescunt et medellas afferunt aut solidant ossa fracta aut abolent a solifugis insertum venenum, aut etiam ocularias dissipant aegritudines. Sed qui oculis medentur et coarguendis valent furibus: nam quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat; ubi periurium non est cernit clarius, si perfidia abnuit detegitur facinus caecitate et captus oculis *admissum* fatetur.

2 *ut deest* c. 3 Tartesso *Sol.* 5 igitur *deest Sol.* 6 sed quod *Sol.* *verba* sardis agris animal perexiguum quam *(deest Sol. exc.* LGHSA) aranei forma solifuga *sign. intercalar. in marg. inferiore posita* 13 contrahit *Sol.* diducit *Sol.* (hS) 18 depascitur *Sol.* (Bern.) 20 aliquot locis *Sol.* qui medelas *Sol.*

---

[1] i. e. ora.

Digitized by Google

[11] De Corsica.

Dividitur [1] quidem Corsica a Sardinia freto viginti milium, cincta Ligustici aequoris sinu, ad prospectum Italiae. Haec grecae Cyrne dicitur a Cyrno Herculis filio habitata. Corsica vero dicta a nomine Corsa cuiusdam mulieris Liguris. Quae cum taurum ex grege quem prope litora regebat, transnare solitum atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula taurum a ceteris digredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cuius regressu insulae fertilitatem cognoscentes Ligures ratibus illo profecti sunt, eamque mulieris ut dictum est, nomine auctoris et ducis appellaverunt. Est autem haec insula multis promuncturiis angulosa, gignens laetissima pabula et lapidem quem catochiten vocant.

Unde Solinus: [2] Verum ager Corsicanus, quod in eo agro unicum est, solus edit, quem catochiten vocant lapidem fatu dignissimum. Maior est caeteris, qui ad ornatum destinantur, nec tam gemma quam cautes. Idem impositas [manus] detinet ita se iunctis corporibus adnectens, ut cum ipso haereant quibus iungitur; sed ei inest vellus velud de glutine lentiore nescio quid par atque gummi.

[12] De Stoecadibus.

Stoecades [3] insulae Massiliensium sexaginta milium spatio a continenti fronte Narbonensis provinciẹ, qua Rhodanus fluvius in mare exit. Dictae autem grece Stoecades, quasi opere in ordinem sint positae. *Sunt aliae quam plures Medi-*

1 corsica *prius* c *in ras. pro* s 4 graece *Isid.* 10 cognoscentes *alterum* n *a* M^2 *redintegr.* 13 c. promunctuririis, *corr.* uriis 18 c. manus *om.* 20 tangitur *Sol.* sic ei *Sol.* (HS) glutino *Sol.* 24 in fronte *Isid.*

---

[1] ex Isid. XIV, 6, 42. 41. [2] III, 4. [3] ex Isid. XIV, 6, 38.

Digitized by Google

terranei maris, quas memorare quia perlongum est, ad eas quae sunt oceani, stilus est vertendus.

[13] De insulis oceani maris a parte Indiae usque ad Gaditana refugia.[1]

5 Taprobane[2] insula Indię ex qua oceanus Indicus incipit, tota margaritis repleta et gemmis; pars eius bestiis referta et elephantis; partem vero homines tenent. Utilis insula, quum bis in anno floribus vernare eam aiunt, bis aestatem et bis hiemem habere annuatim affirmant. *De qua Solinus:*[3] 10 Tabrobanen insulam antequam temeritas humana exquisito paenitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putaverunt; et quidem quam habitare tum Scithas crederent. Verum Alexandri Magni virtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius pergere sed in haec usque secretam propugnavit 15 nominis sui gloriam. Missus igitur Onesicritus praefectus classis Macedonicae, terram istam, quanta esset, quid gigneret, quomodo haberetur exquisitam notitiae nostrae dedit. Patet in longitudinem septem milium stadiorum, in latitudinem quinque milia; scinditur amni interfluo. Nam pars 20 eius bestiis et elephantis repleta est, magnos multo quam fert India; partem homines tenent.

Margaritis scatet et gemmis omnibus. Dierum viginti primo in eam fuit cursus, sed cum papiraceis et Nili navi-

4 Gaditum *falso ap. Duemmler* 10 Taprobanem *Sol.* (GA) 12 c. quem *M* quem *Sol.* *(Dicuil)* Antichthones crederent *Sol.* (H) 14 permanere sed *Sol.* (H) secreta *Sol.* propagavit *Sol.* (h) 17 c. notitiam m *erasit* e *adi.* M^2 18 stadiorum septem milia *Sol.* (H) 20 maioribus *Sol.* (magnis H) 21 c. fret *M*

---

[1] cf. Mart. Cap. VI, 621 *in Gaditana pervenisse refugia.* [2] ex Isid. XIV, 6, 12. [3] LIII, 1—30.

Digitized by Google

bus illo pergeretur; mox cursu nostrarum navium septem dierum iter factum est. Mare vadosum interiacet altitudinis non amplius senum passuum, certis autem canalibus depressum adeo, ut nec umquam anchore in profunda illius fundamenta potuerint pervenire. Nulla in navigando siderum observatio, utpote ubi septentriones nequaquam videntur vergiliae numquam apparent; lunam ab octava in sextam decimam tantum supra terram vident. Lucet ibi canopos sidus clarum et situm solem orientem dextra habent, occidentem sinistra. Observatione itaque navigandi nulla suppetente ut ad destinatum pergentes locum capiunt, vehunt alites, quarum meatus terram petentium magistros habent cursus regendi. Quaternis non amplius mensibus in anno navigatur.

In Claudii principatu de Taprobane haec tantum noveramus. Tunc enim fortuna patefecit scientia viam latiorem. Nam libertus Annii, qui tunc Rubri maris vectigal administrabat, Arabiam petens, aquilonibus praeter Germaniam raptus, quinto decimo demum die adpulsus est ad hoc litus portumque advectus, qui Hyppurus nominatur; sex deinde mensibus sermonem perdoctus missusque ad conloquia regis, quae compererat, reportavit: stupuisse scilicet regem pecuniam quae captam cum ipso erat; quod tametsi signatam disparibus foret vultibus, tamen haberet modum ponderis. Cuius aequalitatis contemplatione cum

3 canalibus *inter* a *et* n *littera erasa verisimile* r 4 nullae (h) umquam ancorae ad profundi (H) *Sol.* 5 c. poterint *corr.* potuerint 7 vergiliaeque *Sol.* (H) 9 clarum et amplissimum *Sol.* (scitam H) dextero *Sol.* (H) 11 capiant *Sol.* 15 principatum *Sol.* (H) 16 scientiae *Sol.* 17 Annii Plocami *Sol.* 18 Carmaniam *Sol.* (h) 20 Hippuros *Sol.* (H) c. na^{o}minatur *M* 21 c. mi^{s}sus *M* admissus *Sol.* (H) 23 capta.. signata *Sol.* 24 parem haberet *Sol.*

Digitized by Google

Romanam amicitiam flagrantius concupivisset, Tratia principe legatos ad nos usque misit, a quibus cognita sunt universa.

Ergo inde homines corporum magnitudine omnes homines
5 antecedunt. Crines fuco inbuunt, caeruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis; quibus inmatura mors est, in annos centum aevum trahunt, aliis omnibus annosa aetas et paene ultra humanam extenta fragilitatem. Nulli aut ante diem aut per dies somnus; aedificia modice ab humo ele-
10 vata; annonae eodem semper tenore. Vites nesciunt, pomis habundant. Colunt Herculem. In regis electione non nobilitas praevalet, sed subfragium universorum. Populus enim eligit spectatum moribus et inveterata clementia etiam annis gravem et cui liberi nulli sunt. Nam qui pater fuerit, etiamsi
15 vita spectetur, non admittitur ad regendum. Et si forte dum regnat, pignus sustulit, exuitur potestate; idque eo maxime custoditur, ne fiat hereditarium regnum. Deinde etiamsi rex maximam praeferat aequitatem nolunt ei totum licere. Quadraginta ergo rectores accipit, ne in causis capi-
20 tum solus iudicet; quamquam sic quoque, si displicuerit iudicatum, ad populum provocatur atque ita datis iudicibus sexaginta fertur sententia, cui necessario adquiescitur. Cultu rex dissimili a caeteris vestitur syrmate, ut est habitus, quo Liberum patrem amiciri videmus. Quodsi etiam ipse
25 in peccato aliquo arguitur, morte multatur, non tamen ut cuiusquam atteratur manu sed consensu publico rerum omnium interdicta facultate; etiam colloqui potestas punito denegatur. Culturae student universi, venatibus indulgent, nec plebeias agunt praedas quippe cum tygrides aut hele-

1 c. tratia principe *cum Sol.* (Rachia *Mommsen cum Plin.*) 5 ac truci visu *Sol.* (H) 10 annona *Sol.* (H) 11 c. habundant *M* 13 c. erigit *M* 22 septuaginta *Sol.* (h) 27 interdicta ei *Sol.* (H) colloquii *Sol.*

Digitized by Google

fanti tantum requirantur. Maria quoque piscationibus inquietant, marinasque testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo ut superficies earum domum faciat et numerosam familiam non arte receptet.

Maior pars insulae huius calore ambusta est et in vastas deficit solitudines. Latus eius mare alluit perviridi colore fruticosum ita ut iubę arborum plerumque gubernaculis atterantur. Cernunt latus Sericum de montium suorum iugis. Mirantur aurum et ad gratiam poculorum omnium gemmarum adhibent apparatum; secant marmora testudinea varietate. Margaritas legunt plurimas maximasque: conchę sunt in quibus hoc genus lapidum requiritur, quae certo anni tempore luxuriante[1] conceptu sitiunt rorem velut maritum, cuius desiderio hiant; et cum maxime liquitur lunaris imber oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum; sic concipiunt gravidęque fiunt; de saginae qualitate reddunt habitus unionum, nam si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi, si turbidum, aut pallore languent aut rufo innubilantur. Ita magis de caelo quam de mari partus habent. Denique quotiens excipient matutini aëris semen, fit clarior margarita, quotiens vespere, fit obscurior; quanto magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo; si repente micaverit coruscatio, intempestivo metu comprimuntur clausęque subita formidine vitia contrahunt abortiva. Aut enim perparvi fiunt scrupuli aut inanes. Conchis ipsis inest sensus; partus suos maculari timent, cumque flagratioribus radiis excanduit dies, ne fucentur lapides solis calore, subsidunt

2 c. quorum, *corr.* quarum 13 c. conceptus, *corr.* conceptu 14 lunares liquuntur aspergines *Sol.* (H) 15 c. quidam quadam *corr.* M^2 c. h$\overset{u}{\text{a}}$riunt *M* 18 orbiculi lapillorum *Sol.* (H) c. lag$\overset{m}{\text{n}}$cient *M*, *corr.* languent 21 quantoque *Sol.* (H) 27 fuscentur *Sol.* (h)

[1] e Sol. LIII, 23—30.

Digitized by Google

in profundum et se gurgitibus ab aestu vindicant. huic tamen providentiae aetas opitulatur, nam candor senecta disperit et grandescentibus conchis flavescit margarita. in aqua mollis est unio, durescit exemptus. Numquam duo simul repperiuntur, inde unionibus nomen datum. Ultra semunciales inventos negant. Piscantium insidias timent conchę unde est ut aut inter scopulos aut inter marinos canes plurimum delitescant; gregatim natant, certus examini dux est: Illa si capta sit, etiam quae evaserint, in plagas revertuntur.

Dat et India margaritas, dat et litus Brittanicum, sicut Divus Iulius toracem quem Veneri Genetrici in templo eius dicavit, ex Brittannicis margaritis factum subiecta inscriptione intelligi voluit. Illud quoque expraessit vetus diligentia, quod Syllanis primum temporibus Romam inlati sunt uniones.

Item[1] Cryse et Argyre insulae Indiae in oceano sitae, adeo fecundae copia metallorum, ut plerique eas auream superficiem et argenteam habere prodiderint. Unde et vocabula sortitae sunt.

[14] De insulis Germaniae.

Habet mare Germanicum, *ut refert Aethicus cosmographus,*[2] insulas Viarcem et Bridinno, tam pusillae staturę homines continentes ut ad maioris cubitus mensuram vix perveniant. Populus exiguus ad nullam *pene* utilitatem aptus vel prumptus, nisi quia tantummodo fiunt ex eis plurimi striones plumarii ac polimitarii seu aurifices fabri. Hos vulgus nanos appellat, phylosophus ergo *et* hos nothos vel

4 duratur *Sol.* (H) 23 c. saturę *M* pusilla statura *Aeth.* 25 pene *deest Aeth.* 26 nisi quia *quae sequuntur confuse excerpta* 28 et *deest Aeth.*

---

[1] ex Isid XIV, 6, 11. [2] cosmogr. II, 3, 1.

Digitized by Google

nugaces nuncupat. In his insulis fera nulla, anguis nulla, bestia raro nisi vulpes et cuniculi multi ac lepus. Habent etiam saramandras. Undique has insulas mare circumdat. In Viarce quippe maiorem staturam habere dicit quam in Bridinno. Avium copiam tam inmensam, quam in nulla alia insula repperit nisi in Meotido lacu, et talem tumultuationem vel garritum faciunt omni tempore, quasi tonitruum magnum. In arena itaque maris panicium et milium seminant et multum in semine proficit. Hoc illorum labor et vita opus est et utilitas, unde mirabiliter actus et opera illorum in ridiculum et fabulas narrat phylosophus. Item [1] Gadarontas scribit insulas ultraque illas autumat nullas. et ibidem frigoris et Stridoris multum, ubi barbarae gentes inhabitant. Arte musica cum tibiis aereis vel oricalco ornatis pollentes ita ut Sirenarum multitudinem suorum carminum inmensitate promoveant: De negotiis degunt ordeum et far tantummodo. labores eorum sunt satis exiguae, ferri metallis ferales et maxima nautica arte inbuti. habent [2] enim industriam operandi nauticam, quam in nullis partibus mundi vel insulis maris comperire se dicit. Dein [3] ad insulam Rifaricam stilum ponit idem sophista ibique gentem audacem atque velocem et valde ingenio gnaram in subversione urbium ac civitatum munitarum praecogniti arte fabrorum

1 noncupat. in has insolas *Aeth.* 3 salamandras *Aeth.* (LGW) utique *Aeth.* (P) 5 alia insula nulla *Aeth.* 7 carretum *Aeth.* omne tempus *Aeth.* 9 in semen *Aeth.* haec illorum *Aeth.* (L) 10 vita et opus *Aeth.* (L) 14 c. ornatus i *corr. M post* ornatis *totus versus omissus (Aeth.* ornatis viribus prolatis incognita carmina ultra alias gentes proferentes ita ut serenarum) 15 c. s̊renarum *M* 16 et illae maxime de negotiis degent *Aeth.* 17 metallo fertiles *Aeth.* 18 maxime *Aeth.* 22 valido ingenio *Aeth.* 23 praecogniti *quae sequunter confuse excerpta (Aeth.* munitarum prumptissimum et caledum ingenium fabrorum arte. qui praecogniti arietibus . .)

[1] ib. II, 3, 2. [2] ib. II, 3, 3. [3] ib. II, 4, 1.

Digitized by Google

prumtissimo et callido ingenio. Vicinae [1] sunt itaque insulae Bizes et Crisolida et in eis similiter barbarae gentes inhabitant de semine Iafeth.

Multa [2] enim de ignotis gentibus et insulis septentrio-
5 nalibus idem scribit cosmographus, quae necdum in aliis libris scripta repperimus. *Quae quia perlongum est referre, ad alia transeamus.*

Tyle [3] ultima insula oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra Brittaniam. Tanatos insula oceani
10 freto Gallico a Brittania aestuario tenui separata, frumentariis campis et gleba uberi. Orcades insulae oceani numero triginta tres, quarum viginti desertae sunt, tredecim coluntur. *Haec Isidorus. Sed Marcianus* [4] *ita de his ait.* Ceterum in Adlanticum litus remeantes per Aquitaniam extremam ex-
15 tremaque Europae in Brittaniam revertuntur. Quae insula iacet inter septentrionem et occasum longa milibus octingentis, lata trecentis; circuitus tricies occies et viginti quinque milia tenet. *Et* in vicino eius silva Calidonia insulaeque quamplures, inter quas Orcades quadraginta pene iunctae.
20 Item Electrides, in quibus electrum gignitur; sed ultima omnium Tilae, in qua solstitiali tempore continuus dies brumalique nox perennis exigitur. Ultra quam navigatione unius diei mare concretum est. *Solinus:* Finis [5] erat orbis ora Gallici litoris, nisi Brittania insula non qualibet am-
25 plitudine nomen pene orbis alterius mereretur. Octingenta enim et amplius milia passum longa detinet, ita ut eam in Calidonicum usque angulum metiamur. Multis insulis nec ignobilibus circumdatur, quarum Hibernia ei proximat in-

9 c. [tanatos] 11 c. ubaeri *M*[1] c. orcadaes a *eras. M* 12 c. viginta, *corr.* ti 14 litus oceani *Mart.* c. [aquitaniam extremam] 17 c. ocies *M* 18 et *deest Mart.* 28 proximat magnitudine, inhumana incolarum *Sol.*

---

[1] ib. II, 5, 1. [2] ib. II, 6, 5. [3] ex Isid. XIV, 6, 4. [4] VI, 666. [5] XXII, 1—12.

Digitized by Google

colarum ritu aspero, alias ita pabulosa ut pecora nisi interdum a pastibus arceantur, ad periculum agat sacias. Illic nullus anguis, avis rara, gens inhospita et bellicosa sanguine interemptorum hausto prius victores vultus suos illinunt; fas ac nefas eodem loco ducunt. Apis nusquam, advectum inde pulverem seu lapillos si quis sparserit inter alvearia, examina favos deserent. Sed mare quod inter hanc et Brittaniam interluit, undosum inquietumque toto in anno, nisi pauculis diebus est navigabile, itaque in centum viginti milia passuum latitudinis diffundi, qui fidem ad verum rationati sunt, aestimaverunt. Silvestram quoque insulam ab ora quam ingens Brittannicam tenet turbidum fretum distinguit; cuius homines etiamnunc custodiunt morem vetustum, nummum refutant, dant res et accipiunt, mutationibus necessaria potius quam preciis parant. Deos percolunt. Scientiam futurorum pariter viri ac femine ostentant. Attanus insula aspiratur freto Gallico, a Brittannia continente aestuario tenui separata; felix frumentariis campis et gleba uberi, nec tantum soli verum et aliis salubris locis. Nam cum ipsa nullo serpatur angue, asportata inde terra quoquo gentium invecta sit, anguis necat. Multe et aliae circa Brittanniam insulae, *e* quibus Tylae ultima. In qua aestivo solstitio sole de cancri sidere faciente transitum nox nulla, brumali solstitio perinde dies nullus. Ultra Tilen accipimus pigrum et concretum mare. Circuitus Brittanniae quadragies octies septuaginta

1 c. pecunia (pecora), pecua *Sol.* (Dic.) 4 c. uultos (v) *M* oblinunt *Sol.* 5 apes *Sol.* (LP²) 8 nonnisi *Sol.* (LH) 9 idque *Sol.* (H) 10 aestimarunt *Sol.* (HS) 11 Siluram *Sol.* gens Brittana Dumnonii tenent *Sol.* (britanica detinet H) 16 At Tanatus *Sol.* (H) 17 Brittanniae *Sol.* c. reparata (s) *M*¹ 18 sibi verum *Sol.* (soli sibi HS) 20 c. anguae a *eras.* 21 angues *Sol.* e *adi. e Sol.* 24 nullus dies *Sol.* c. tilem *ultima linea litterae* m *eras.* 25 c. oties (c) *M*

Digitized by Google

quinque milia sunt. In quo spatio magna et multa flumina, fontes calidi, opipare exculpti adparatos in usus mortalium; quibus fontibus praesul est Minerve numen, in cuius aede perpetui ignes numquam canescunt in favillas, sed ignis ubi
5 tabuit vertitur in globos saxeos. Praeterea ut taceam metallorum largam variamque copiam quibus Brittanię solum generum pollet venis locupletibus, gagates hic plurimus optimusque est lapis; si decorem requiras nigrogemmeus, si naturam, aqua ardet, oleo restinguitur; si potestatem, attritu
10 calefaetus applicita detinet atque sucinum. Regionem partim tenent barbari quibus per artifices plagarum figuris iam inde amaris variae animalium effigies incorporantur, inscriptisque visceribus hominis incremento picmentis notae crescunt. Nec quicquam mage patientiae loco nationes ferae du-
15 cunt, quam ut per memores cicatrices plurimum fuci artus bibant.

In [1] eodem mari est Iadis insula in fine Beticae provintiae sita, de qua habunde supra. Ibi [2] etiam insulae Fortunatę quae vocabulo suo significant omnia ferre bona
20 quasi felices et beatae fructuum ubertate; sua enim apte natura praeciosarum poma silvarum parturiunt, fortuitis vitibus iuga collium vestiuntur; ad herbarum vicem messis et olus vulgo est, unde gentilium error et sęcularium carmina poetarum propter soli fecunditatem easdem esse paradysum
25 putaverunt. Sitae sunt autem in oceano levam Mauritaniae

2 opiparo *Sol.* exculti *Sol.* (LGP) apparatu *Sol.* (apparatus HS) ad usus *Sol.* 3 c. nomen *M* 4 ubi ignis *Sol.* 5 vertit *Sol.* (GBP²) 7 undique generum *Sol.* c. generem *M* 10 c. socinum *M* 11 figuras iam inde a pueris *Sol.* 13 pigmenti *Sol.* (H) 20 c. ubertatae a *eras.* suapte enim natura *Isid.* 25 contra laevam *Is.*

---

[1] ex Is. XIV, 6, 7. [2] ex Is. XIV, 6, 8.

Digitized by Google

occiduo proximę et inter se interiecto mari discretae. Gorgades [1] insulae oceani obversę promuncturio quod vocatur Esperacerus, quas incoluerunt Gorgonas feminae et ex his insulae cognominatae, distant autem a continenti terra bidui navigatione. 5

Aesperidum [2] insulae vocatę a civitate Aesperidae, quae fuit finis Mauritaniae. Sunt enim ultra Gorgadas sitae sub Atlanteum· litus in intimos maris sinus. In quarum hortis fingunt fabulae draconem pervigilem aurea mala servantem; ferunt enim ibi e mari aestuarium adeo sinuosis lateribus 10 tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos imitetur. *Hinc Solinus:* [3] Nam de hortis Aesperidum et pervigili dracone ne famę licentia vulneretur fides, ratio haec est: flexuosu meatu estuarium e mari fertur adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta 15 vertigine mentiatur. Itaque quod hortos appellavere circumdat, unde pomorum custodem interpretantes instruxerunt iter ad mendatium fabulandi. Sed haec insula insinuata sinibus alvei recurrentis et in quibusdam aequoris spiris sita praeter arbores oleastri similes et aram sacram Her- 20 culis aliud nihil praefert, quod propaget vetustatis memoriam; verum ultra frutices aureos et metalla frondentia illud magis mirum quod solum inferiore licet libra depraessum numquam accessu freti superlabitur, sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis marginibus heret unda et intimis orarum 25 superciliis sponte fluctus ingrui resistuntur. Spectanda nimirum ingenio loci planicies manet sicca, quamvis prona aequora superveniant. Sola oppidum inminet Salae flumini.

3 Hesperuceras *Is.* Gorgones *Is.* 7 fuit in fine *Is.* 8 c. adlanteum *M*[1] ultimis maris sinibus *Is.* 10 ibi esse maris *Is.* 17 custodes *Sol.* (SAP) struxerunt *Sol.* (H) 20 c. oleastris, *corr.* oleastri Herculi *Sol.* 28 Sala *Sol.* (salo SAP[2])

---

[1] ex Isid. XIV, 6, 9. [2] ex Is. XIV, 6, 10. [3] XXIV, 4—7.

Digitized by Google

Ab hoc per Auctolorum gentem iter est in Adlanticas solitudines.

Haec de insulis sufficiant, nunc terrarum vocant caetaera.

[Liber II.]

5 *Praelibatis igitur succincte quarundam insularum causis tam maris Magni quam etiam Oceani, terrarum faciem paulisper, quantum facultas permittit, auctorum vigente ratione*[1] *intueri oportet.*

[1] Totius orbis succincta narratio. P. M.[2]

10 Omne[3] igitur hoc, quicquid est, cui mundi caelique nomen indidimus, partibus differt: unde sol oritur, oriens nuncupatur aut ortus, quo dimergitur, occidens vel occiduus, qua decurrit meridies, ab adversa parte septentrio. Huic medio terra sublimis cingitur undique mari eodemque in 15 duo latera quae emisparia nominant ab oriente divisa ad occasum zonis quinque distinguitur. Mediam æstus infestat, frigus ultimas, reliquae habitabiles paria agunt anni tempora. Illius situs ob ardorem intercedentis plagae incognitus, huius dicendus est. Hęc ergo ab ortu porrecta ad occasum, 20 et quia sic iacet aliquanto quam ubi latissima est longior, ambitur omnis oceano, quattuorque ex eo maria recipit, unum a septentrione, a meridie duo, quartum ab occasu: suis locis illa referentur. Hoc primum angustum nec amplius decem milibus passuum patens terras aperit atque 25 intrat. Tum longe lateque diffusum ambigit vaste cedentia

1 Autolorum *Sol.* (H) 12 demergitur *Mel.* occasus *Mel.* 15 hemisphaeria *Mel.* (emisperia LP) 25 abigit *Mel.*

---

1 cf. verba ad finem praefationis libri primi pag. 2. 2 i. e. Pomponius Mela. 3 Mel. I, 1—6.

Digitized by Google

litora, iisdemque ex diverso prope coeuntibus adeo in artum agitur, ut minus mille passibus pateat. Inde se rursus sed modice admodum laxat rursusque etiam quam fuit artius exit in spatium; quo cum est acceptum ingens iterum et magnę paludi ceterum exiguo ore coniungitur. Id omne qua venit quaque dispergitur uno vocabulo Nostrum mare dicitur. Hoc[1] mari et duobus inclitis amnibus Tanao atque Nilo in tres partes universa dividitur, Tanais a septentrione ad meridiem vergens in mediam fere Meotidam defluit, et ex diverso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet a freto ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus ab altero Europam ad Nilum Africam, ad Tanain Europen ultra quicquid est, Asia est. Tribus hanc e partibus tangit oceanus ita nominibus ut locis differens: Eous ab oriente, a meridie Indicus, a septentrione Scithicus. Ipsa ingenti ac perpetua fronte versa ad orientem tantum ibi se in altitudinem effundit, quantum Europę et Africa, et quod inter ambas pelagus inmissum est. Inde cum aliquatenus solida processit, ex illo oceano quem Indicum diximus, Arabicum mare et Persicum, ex Scithico Caspium recipit et ideo qua recipit angustior rursus expanditur, et fit tam lata quam fuerat. Dein cum iam in suum finem aliarumque terrarum confinia devenit media nostris aequoribus excipitur, reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain. Ora eius cum alveo Nili amnis ripis descendit in pelagus et diu sicut illud incedit, in sua litora porrigit. Dein fit obviam venienti et primum se ingenti

5 magno et *** paludi *Mel.* (BK) 7 Tanai *Mel.* 9 Maeotida *Mel.* (A) 12 ad Nilum Africam *cett. cum Mel.* A²BCDGKPR 14 c. et *M* 16 Scythicus *Mel.* (BR) c. ingentia, *corr.* ingenti 17 latitudinem *Mel.* (A) Europe *Mel.* 20 Scythico *Mel.* 26 ita sua *Mel.* 27 venienti obviam *Mel.*

[1] Mel. I, 8—13.

Digitized by Google

ambitu incurvat, post se ingenti fronte ad Hellespontum fretum extendit, ab eo iterum obliqua ad Bosforum iterum iterumque ad Ponticum latus curva aditum Meotidos adverso margine attingit, ipsa gremio ad Tanain usque complexa
5 fit ripa qua Tanais est. In ea primos hominum ab oriente accipimus, Indos et Seras et Scithas. Seres media ferme Eoae partis incolunt, Indi ultima; ambo late patentes neque in hoc tantum pelagus effusi; spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris, nisi quod aestus inhabitabilem
10 efficiunt, diu continuis gentibus occultant. Spectant et septentrionem Scithę ac litus Scithicum nisi unde frigoribus arcentur usque ad Caspium sinum possident. Indis proxima est Ariahtne, deinde Aria et Cedrosis et Persis ad sinum Persicum. Hunc populi Persarum ambiunt, illum alterum
15 Arabes. Ab his quod in Africam restat, Aethiopum est, Illic Caspiani Scithi proximum sinum Caspium cingunt. Ultra Amazonas ultraque eas Yperborei esse memorantur. Interiora terrarum multę variaeque gentes habitant, *quas memorare magis perlongum quam fructuosum duximus.*

20 Europa [1] etiam habet ab oriente Tanain et Meotida et Pontum, a meridie reliqua Nostri maris, ab occidente Atlanticum, septentrione Brittanicum oceanum *seu Scithicum.* Ora eius forma litorum a Tanai ad Hellespontum quia ripa est dicti amnis, quia flexum paludis ad Ponticum redigit,
25 quia Propontidi et Hellesponto latere adiacet contrariis litoribus Asiae non obposita modo verum et simile est. Inde

1 Hellesponticum *Mel.* 3 transverso *Mel.* 4 c. attingit. ipsa ipsam *Mel.* (A) 5 c. ripa. qua 6 c. schithas, *corr.* scithas 9 nisi quoad *Mel.* 10 occupant *Mel.* 13 Ariane *Mel.* (ariathne B) 16 Scythis (A) proximi *Mel.* 17 Amazones *Mel.* 20 Europa terminos habet *Mel.* 22 seu Scithicum *deest Mel.* a septentrione *Mel.* (A) 23 qua.. qua *Mel.* (A) 25 qua *Mel.* (BC) c. [adiacet] 26 opposita *Mel.* (B) similis est *Mel*

[1] Mel. I, 15—24.

Digitized by Google

ad fretum nunc vaste, retracta nunc prominens tres maximos sinus efficit totidemque se in altum magnis frontibus evehit. Extra [1] fretum ad occidentem inaequalis admodum praecipue media procurrit, ad septentrionem nisi ubi semel iterumque grandi recessu adducitur pene directo limite extenta est. 5 Mare quod primo sinu accipit, Aegeum dicitur, quod sequenti in ore Ionium, Adriaticum interius, quod ultimo nos Tuscum quem Grai Tyrrenicum perhibent. Gentium prima est Scithia, alia quam dicta est ad Tanain, media ferme Pontici lateris; hinc in Egei partem pertinens Tratiae ac Mace- 10 doniae adiungitur. Tum Gretia prominet Ęgeumque ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus Iliris occupat; inter ipsum Adriaticum et Tuscum Italia procurrit. In Tusco intimo Gallia est, ultra Hispania; haec in occidentem diuque in septemtrionem diversis frontibus vergit. Deinde rursus Gallia 15 est longe et a nostris litoribus hucusque permissa; ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur, illi ad Asiam. Africa ab orientis parte Nilo terminata pelago a caeteris. Brevior est quidem quam Europae quia nec usquam Asia est et non totis huius litoribus obtenditur; longior tamen ipsa quam 20 latior, et qua ad Nilum attingit latissima, utque inde procedit, ita media praecipue in iuga exsurgens pergit in curva ad occasum fatigatque se molliter; et ideo ex spatio paulatim adductior; ubi finitur, ibi maxime angusta est. Quantum incolitur eximie fertilis, verum quod pleraque eius inculta 25 et aut arenis sterilibus obducta aut ob sitim caeli terrarum-

2 c. euehit extra fretum. ad 5 abducitur *Mel.* pene ut *Mel.* 6 Aegaeum *Mel.* (A) 7 Hadriaticum *Mel.* (B) Tuscum Grai *Mel.* (A) 10 Aegaei *Mel.* (GPR) Thracia huic Macedonia *Mel.* (A) 12 Illyris *Mel.* (BG) 14 diuque etiam ad *Mel.* 16 a nostri maris *Mel.* (A) 19 Europe *Mel.* (A[1]) c. asia. ẽ et, Asiae et *Mel.* (asiaẽ et A) 21 c. qua ad nihilum hi *eras.* ad fluvium *Mel.* 23 fastigatque *Mel.* (A) 24 maxime] *in marg. signum crucis* c. adgusta *M*

Digitized by Google

que deserta sunt aut infestantur multo ac malefico genere animalium, vasta est magis quam frequens. Mare quo cingitur a septentrione Libicum, a meridie Ethiopicum, ab occidente Adlanthycum dicimus. In ea parte quae Libia
5 adiacet proxima provintia quam Cirenas vocant. Dein, cui totius regionis vocabulo cognomen inditum est, Africa. Caetera Numidae et Mauri tenent. At super ea quae Lybico mari alluuntur, Lybies Aegypti sunt et Leucoaethiopes et natio frequens multiplexque Getuli. Deinde late vacat regio per-
10 petuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantes post Augilas et Trocotidas et ultimos ad occasum Adlantas audimus. Intra si credere libet vix iam homines magisque semiferi Aegypanes et Blemmies et Iampasantes et Satyri sine tectis ac sedibus passim vagi habent potius
15 quam habitant terras. Haec summa nostri orbis, hae maximę partes, hae formae gentesque partium.

[2] Repetitio partium a principio.

Sed ut haec ipsa latius pateant exactius dicenda sunt ita ut per singulas mundi partes, Europam videlicet, Asiam atque
20 *Africam fando euntes quid humanitas senserit quamquam brevi tamen aperto pandamus tramite. Et quoniam ab orientali quidam, quidam vero coepere a plaga occidentali, nos quia in hac paene commoramur, ab ea inchoandum duximus commodum.*

3 Libycum *Mel.* (BG) 4 quae Libyco *Mel.* 5 Nilo provincia *Mel.* Cyrenas *Mel.* (BG) 7 c. ad, *corr.* at 8 c. abluuntur b *in* l *corr.* *M*, adluuntur *Mel.* (abluunt. A) 9 Gaetuli *Mel.* (A) 10 c. inhabitabitabilis bita *eras.* Garamantas *Mel.* (K) 11 Trogodytas *Mel.* 13 Aegipanes et Blemyes et Gamphasantes *Mel.* 14 potius terras quam h. *Mel.* 16 c. forma, *corr.* formae

Digitized by Google

[3] De Europa. M.[1]

A freto[2] quidem Gaditano ingredientibus mare magnum levorsum Europa distenditur usque in Tanai fluminis gurgitem, a quo inchoans Asia Nili itidem alveo limitatur. Qui quidem Nilus eandem Africamque disrumpens telluris complexum intersecat multitudine fluviorum. Europam tamen terminari Propontidis faucibus dixerunt quamplurimi, quae Propontis per angusta descendens ad Meotidem quoque perfertur. Dicitur quidem ab Europa, Agenoris regis Lybiae filia, quam Iovis ab Africa raptam Cretam advexit et partem tertiam orbis ex eius nomine appellavit. Europae tamen principium inchoamentique limen Hispaniae contributum, fertili frugum opimaeque provintiae, metallorum aurique, feturae mirae arboris gemmarumque muneribus praedicande. Quae quidem quod Hyberi fluminis interrivata tractu, amnis sui meruit cognomentum.

De qua Solinus[3] *ait:* Terrarum plaga comparanda optimis, nulli posthabenda frugis et soli copia, sive venarum proventus respicere sive arborarios velis; omni materia affluit, quaecumque aut praecio ambiciosa est aut usu necessaria; argentum vel aurum requiras, habet; ferrariis numquam deficit non cedit vitibus, vincit olea. Nihil in ea otiosum aut sterile, quicquid cuiuscumque modi negat messem, viget pabulis; etiam quae arida sunt a sterelitate ridentum materias nauticis subministrant. Non cognovit ibi sales sed effodiunt. *Pomponius Mela*[4] *de situ eius ita inquit:*

3 Tanais *Mart.* 7 dixere *Mart.* 12 incoham. *Mart.* (D) 13 fetura *Mart.* minii marmoris *Mart.* (miri arboris B) 15 c. amnis ui, *corr.* sui (*infra* p. 46 sui) 18 vinearum *Sol.* 19 c. omnia 22 defecit *Sol.* (HA) 23 nihil sterile *Sol.* 24 ab sterilitate *Sol.* (H) 25 c. rudentum *vel* radentum i *corr.* *M*[1] coquunt ibi *Sol.* 26 c. P̄. M̄.

---

[1] i. e. Martianus. [2] ex Mart. Cap. VI, 623. 626—27. [3] XXIII, 1—4. [4] II, 84—87.

Digitized by Google

Galliae finis [1] Pirineus primo, hinc Brittanicum procurrit oceanum.

Tum in terras fronte conversus Hispaniam inrumpit et minore parte eius ad dexteram exclusa trahit perpetua latera
5 continuus donec per omnem provinciam longa limite inmissus in ea litora, quae occidenti sunt adversa perveniat. Ipsa Hispania nisi qua Gallias tangat pelago undique incincta et ubi illis adheret, maxime angusta, paulatim se in Nostrum et Oceanum mare extendit magisque et magis latior ad occi-
10 dentem abit ac fit ibi latissima, viris aequis,[2] ferro plumbo aere argento auroque etiam habundans et adeo fertilis ut sicubi ob poenuriam aquarum effecta ac sui dissimilis est, linum tamen aut spartum alat. Tribus autem est distincta nominibus, parsque eius Terraconensis, pars Boetica, pars
15 Lusitania vocatur. Terraconensis altero capite Gallias, altero Boeticam Lusitaniam contingens mari latera obicit Nostro qua meridiem, qua septemtrionem spectat oceano. Illas fluvius Anas separat et ideo Boetica maria utraque prospicit, ad occidentem Adlanticum, ad meridiem Nostrum.
20 Lusitania oceano tantummodo obiecta est, sed latere ad septemtriones, fronte ad occasum. *Marcianus*: [3] Quae quidem quod Hyberi fluminis interrivata tractu amnis sui meruit cognomentum. Cuius *Hispaniae* illa portio quae Adlantico confinis oceano in Gaditani freti litus excurrit,
25 Boetica perhibetur etiam ipsa vocabulum proprii fluminis nuncupationem sortita, quae ab Urcitano fine, qua citerior meat, Terraconensis dicitur a Terraconensi urbe, quam

1 hinc in *Mel.* (BK) Britannicum *Mel.* (L) 4 c. exclusa. trahit 5 c. longus a *corr. M* 7 tangit *Mel.* 12 effeta *Mel.* (R) 14 Tarraconensis *Mel.* (BCDKL) Baetica *Mel.* (K) 16 Lusitaniamque *Mel.* 20 c. a septentriones, *corr.* ad 23 Hispaniae *deest Mart.* 26 nuncupatione *Mart.*

---

1 Mel. II, 84 et Cervaria locus Galliae finis. Pyrenaeus primo *cett.* 2 i. e. equis 3 cod. M̄; VI, 627—29.

Digitized by Google

Scipiones condidere. Nam Pheni fundavere Cartaginem conditas ubicumque urbes amico sibi nomine praesignantes. Sed praedictum latus a Pyrinei iugis in aliam provintiam dissecatur, siquidem Boaeticae a septentrionali confinio Lusitania sotiatur, cui nomen fabula a lusu Liberi patris vel cum eo bacchantium sotiavit. Haec quoque cognominis fluvio permeatur, licet eam Tagus quoque arenis inlustret aurati soli. Siphone illic oppidum ab Ulixe conditum ferunt, ex cuius nomine promuncturium *aiunt,* quod maria terrasque distinguit. Nam ab eius ambitu inchoat mare Gallicum et facies septentrionalis oceani, Adlanticus vero et occiduus permeatur oceanus, qui tum Hispaniae limitatur excursibus. In eius quoque confinio equarum fetura ventis maritanibus inolescit volucres proli cursus, ipso spirante Favonio. Verum Boetica cunctas ubertate fecunditatis provintias antevenit.

Pirineus [1] quidem ex altero latere Galliarum finibus admovetur, a cuius regionibus quicquid interiacet usque Rhenum et item inter oceanum *Gallicum* et montem Cebennam et Iuris Gallicis regionibus adtributum. *De qua Solinus:* [2] Galliae inter Rhenum et Pirineum item inter oceanum et montes Cebennam ac Iures porriguntur, praepinguibus glebis accomodae proventibus fructuariis plereque

1 Poeni *Mart.* Carthaginem *Mart.* (BR) 4 Baeticae *Mart.* 5 c. lu[su lib]eri 6 cognomini *Mart.* 7 c. tagus, *corr.* us 8 auratis. Olisipone *Mart.* 9 c. promunctorium *M* aiunt *deest Mart.* 11 c. adlanticas, *corr.* us 12 terminatur oceanus *Mart.* c. aceanus *M* 14 c. indescit, *corr.* inolescit 17 idem igitur Pyrenaeus ex alio latere *Mart.* 18 a cuius radicibus *Mart.* 19 Gallicum *deest Mart.* 20 et *superscr.* M^1 c. duris (BR) i *corr.* M^1 Iuram *Mart.* 22 Iuris *Sol.* (H)

---

1 Mart. VI, 624. 2 XXI, 1.

Digitized by Google

consite vitibus et arbustis: omnia ad usum animantium foetu beatissimae, inriguae aquis fluminum et fontium, sed fontaneis interdum sacris *ut quidam retulerunt* et vaporantibus. ***Marcianus***: [1] Narbonensis autem provincia appellatur, quae interno
5 mari alluitur; haec Bracata antea dicebatur, quae ab Italia iugis Alpium atque amne Varo discernitur. In hac provintia Rhodanus fluvius ex Alpibus veniens per Lemannum lacum meat et causas fertilitatis inportat terrae germinibus ac fecundiae, cuius ora diversis nominibus: nam Hispaniense unum,
10 alterum Alpinum, tertium, quo plenior meat, Massilioticum nuncupatur. Provintia viris, oppidis, frugibus memoranda. ***Pomponius Mela:*** [2] Gallia Lemannu lacu et Cebennicis montibus in duo latera divisa, altero Tuscum pelagus adtingens, altero oceanum, hic a Varo illic a Rheno ad Pyrineum usque per-
15 mittitur. Pars Nostro mari apposita, fuit aliquando Bracata, nunc Narbonensis, est magis culta et magis consita ideoque etiam laetior. Populorum [3] autem Galliae tria sunt summa nomina terminataque fluviis ingentibus. Namque a Pyrineo ad Garonnam Aquitania, ab eo ad Sequanam Celtae, inde ad
20 Rhenum pertinent Belgae, Aquitaniorum clarissimi sunt Hausci, Celtarum Hedui, Belgarum Treveri. ***Item Gaius Caesar in libris belli Gallici ita exorsus est:*** [4] Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli

2 riguae *Sol.* 3 ut quidam retulerunt *deest Sol.* 8 fecundis *Mart.* 9 nominibus appellata *Mart.* c. hispaniense *M* 10 alterum Metapinum *Mart.* (b r) 12 Lemanno *Mel.* 13 atque altero *Mel.* c. pelagus adiugens (*an* adiungens?) *M, corr.* adtingens 15 c. apposita fuit, aliqu. 18 sunt terminanturque *Mel.* 19 Garunnam *Mel.* (K) Aquitani *Mel.* (ABGKL) 20 Aquitanorum *Mel.* 21 Haedui *Mel.* (DKR)

---

[1] VI, 634—35. [2] II, 74. [3] ib. III, 20. [4] b. G. I, 1.

Digitized by Google

appellantur. Hi omnes lingua institutis legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garonna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum colunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Belvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis praeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est initium capit a flumine Rhodano, continetur Garonna flumine, Oceanum, finibus Belgarum; adtingit etiam ab Sequanis et Belvetiis, flumen Rhenum, vergit ad septemtriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant ad septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garonna flumine ad Pyrineos montes et *ad* eam partem oceani, quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones. *Sed iam veniendum ad Italiam.*

Marcianus. [1] Post Alpium montes qua facies prominentis naturae ortivi solis inluminatione perfunditur, inchoat ac descendit Italia longe ante alias omnes laudibus veterum

1 c. linguam m *eras.* c. instititas, *corr.* institutis 2 Garumna *Caes.* Garomna *Aimoin* 7 Rhenum incolunt *Caes.* 8 c. heluetii belvetii *corr. M* 10 quotidianis proeliis *Caes.* (B) 11 eos prohibent *Caes.* prohibent aut ipsi in eorum finibus *in marg. superiore scr. a M* c. earum *M* c. oceanū *cum Caes. libr.* 14 Helvetiis *Caes.* 17 in septentrionem *Caes.* 19 ad eam] ad *deest Caes.* c. ab hispaniam *corr.* ad 22 c. alpum *M*

[1] VI, 636—38.

Digitized by Google

in urbis Romae gratia praedicanda. Cuius principium Ligures tenent, dehinc quae hubertate soli sacrata occupavit Etruria regio tam indigetis Aeneae foedere quam remediorum origine atque ipsius Tagetis exaratione celebrata. Umbri mox La-
5 tiumque atque hostia Tiberina et dehinc ipsa caput gentium Roma viris sacrisque, quamdiu viguit, caeliferis laudibus conferenda. Haec a mari sedecim milibus passuum disparatur. Dehinc litus in Vulscorum nomen sortemque concessit;[1] mox Campania Picentesque ad Lucanum latus Bric-
10 ciumque coniungitur; cuius promuncturium in meridiem austrumque respectans in mare procurrit levaque ala interioris sinus fluenta complectitur ut si a primis Alpibus dextrum latus et prolixi montis brachia contempleris, prominentias utrimque componens teatrum quoddam inspectare vi-
15 dearis undarum. Lunata quippe et quodam emiciclio in promuncturium memorata circumfertur Italia. Denique ab ipsis Gadibus qua se fauces freti interfluentis aperiunt, in Briccium sinum qui est primus Europae, emissa maria conquiescunt. Interior vero tellus, quae in superum mare Boreamque
20 perfertur, Histris Liburnis caeterisque populis obscurioribus habitatur. Levorsum quoque se flectit et item duobus promuncturiis peltae Amazonicae formam reddit, dextro cornu Leucopetram tendens, levo Latium. Verum Italia etiam *in* Pado flumine memoranda quem Gretia dixit Eridanum.

2 c. dehincque, *corr.* dehinc quae c. etrura *M* 5 ostia *Mart.* (BR) 6 armis viris *Mart.* 7 passuum milibus *Mart.* 9 Bruttiumque *Mart.* 11 c. mar[e proc]urrit laevaque alia *Mart.* 13 brachium *Mart.* 14 spectare *Mart.* 15 hemicyclio *Mart.* (B) 16 memoratum *Mart.* 17 c. quas se, *corr.* qua 20 profertur *Mart.* Istris *Mart.* et ceteris *Mart.* 23 laevo Lacinium *Mart.* in *deest Mart.* 24 c. eridianum i *eras.*

---

[1] ib. VI, 638—41.

Digitized by Google

Hunc amnem mons Vesselus inter montes Alpium elatior gignit *de* fonte mirabili qui in Ligurum finibus flumen creat, ac dehinc fluvius mersus in penita telluris in parte agri Bibonensis emergit. Canis ortu diffusior: nam solutis Alpium nivibus flagrantia solis aestivi exuberat ultra gurgitis ripas nullique gloriae nobilium amnium cedens triginta receptis fluminibus Adriaticum mare magna opimus granditate perfundit. Caetera Italiae memoranda nec poetae tacent. A Lacinio [1] praedicto promuncturio secundus incipit sinus Europae magno ambitu flexus et Acroceraunio Epyri termina a promunctorio. Exhinc propter oppidum sinum quam plures in mare Italia plurimum pergens in Hydrum Foruntum urbem venit. Unde in Gretiam brevissimus transitus Hac [2] dehinc Italia per populos sinus urbes fluvios montes barbarosque quam plures ducitur in fines Hyllirici. Tertius [3] autem sinus Europae Acroceraunei inchoans montibus Hellesponto terminatur ac sinus habet decem et novem provinciasque quam plures. Nam ibi sunt Epyrus, Acarna, Ethulia, Focis, Locris, Achaia, Messana, Laconia, Argons, Megaris, Atticae, Beotia. Item ab alio latere aliique mari Tessalia Macedonia, Magnesia, Gretia omnis. Epyrus autem

1 c. sueselus *(M) primum* s *eras.* Vesulus *Mart.* 2 de *deest Mart.* c. ligurium i *eras.* 4 Vibonensis *Mart.* (BR) 9 dehinc a Lac. promunt. *Mart.* 10 terminatur *Mart.* 11 c. promuncturio o *corr. M* oppida sinusque *Mart.* 12 Hydruntum *Mart.* (B) 13 c. orbem *M* 14 c. hanc dehinc *primum* nc *eras., corr.* hac 16 Europae sinus *Mart.* Acroceraunis *Mart.* 18 Epirus (epyrus BR) Acarnania (acarnia BR) Aetolia (etholia B) Phocis (focis B) . . . Messenia . . . Attice Boetia (beotia B) *Mart.* 19 c. ethulia b *in* h *corr. M* 20 mari Phocis et Locris Doris Phthiotis Thessalia Magnesia Maced. Thracia Gr. o. *Mart.* 21 Epiros *Mart.* (epirus b)

[1] ib. VI, 650. [2] i. e. ac. [3] ib. VI, 651. [4] ib. VI, 651–52.

incipit a Cerauniis montibus, in qua primi Caones, a quibus dicta Caonia; deinde mons Pindus, Driopesque Molosique Dodonei Iovis fano inclito celebrati. A tergo inter ceteros populos ponte iunguntur Moesia ac Media. Traces usque
5 ad pontem. Rhodope mox et Emí[1] videtur excelsitas. Tunc colonia Butrotum. Ambracius sinus faucibus angustis aequor accipiens, in quod differtur, amnis Acheron inferne fabulae errore famosus; post aliquod gentes etiam Actium coloniam cum Apollinis templo, ex quo ipsi quoque deo additum co-
10 gnomentum, civitasque Nicopolitana. Egressus sinu Ambratio in Ionium exit diversitas populorum et oblique apud quos inter ceteras urbes oppidum in confinio maris nomine Calidon, Diomedis Tydeique progeneratione notissimum. Dehinc fluens sinus Aethulium ac Peloponensum dividit; mox in
15 Acarnia Arachintus, in Aethulia Azolei, aput quos oppidum Theante in quo portus Apollinis. Tunc deinde in Focidis campis oppidum Cirra, portus Celeona,[2] a quo septem milibus passuum introrsus Delphos sub monte Parnasso, clarum oraculis Apollinis; fons ibi Castalius. Deinde in intimo sinu
20 angulus Boetiae montem Eliconem iuxta Peloponensum pene

1 Acroceraunis *Mart.* (B) Chaones . . Chaonia *Mart.* (B¹R . . BD) 2 Molossique *Mart.* (b) 3 Dodonaei *Mart.* (BD) inclyto *Mart.* (D) 4 Ponto iunguntur *Mart.* (B) Maesia ac Maedia *Mart.* (BD) Traces *Mart.* (BD) 5 Pontum *Mart.* Haemi *Mart.* (B) 6 Buthrotum *Mart.* (BD) 7 c. differtur; amnis defertur *Mart.* 8 aliquot *Mart.* (B¹D) colonia *Mart.* 10 egressos . . Ionium excipit *Mart.* 11 populorum Aetolique *Mart.* (BD) 12 Calydon *Mart.* (BD) 14 influens sinus *Mart.* Aetoliam ac *Mart.* c. poloponensum e *corr. M* 15 Acarnania *Mart.* (B) Aracyntus *Mart.* (b) Ozolei *Mart.* (B) opp. Oeanthe *Mart.* (BR) 16 Phocidis . . Cirrha *Mart.* (BR) 17 port. Caleon *Mart.* (BR) in septem . . . oppidum Delphos *Mart.* 20 c. angulis, *corr.* us Heliconem (BR) iuxta. Peloponnensus (bR) *Mart.*

---

1 i. e. Haemi. 2 Chalaeon *Plin.*

Digitized by Google

insula inter duo maria Aegeum et Ionium, angulosos recessus obducens, in circuitu habens sexaginta tria milia passuum et per sinus pene tandundem. angustiae unde procedit Hismos appellatur; in quinque milibus passuum diversa maria utrimque conlidunt. In medio hoc intervallo, quod 5 Hismon appellavi, colonia est Corinthus sexagenis ab utroque litore; ab Hismo autem Achaiae provintiae nomen incipit, quae ante Aegilos vocabatur *quasi capraria* propter [1] urbes in litore per ordinem constitutas. Ibi quamplures sinus portus montes urbes et populi. Ab ipsius Hismus 10 angustiis Ellas incipit, a nostris Gretia dicta; in ea prima Attice antiquitus Atte vocata contingit Hismum Megatitana sui parte. Est autem in ora Athenae atque Attice recedentibus a Myrto, cui nomen Scironia saxa; neque Athenis cedunt Boetiae in quibus sunt oppida montes populique 15 quamplures. Sequitur Emonia, cuius a tergo mons Oeta eaque etiam Tessalia nuncupatur. Ibinamque rex nomine Grecus a quo Gretia nuncupatur. Ibi Elles a quo Ellenes appellati. In Tessalia montes notissimi Olympus, Pelius, Ossa, cuius ex adverso Pindus et Oetrus Lapitarum sedes 20

2 quingenta sexàginta *Mart.* 3 paene *Mart.* (BR) 4 Isthmos *Mart.* (BR) 6 Isthmon *Mart.* (BR) 7 litore stadiis *Mart.* Isthmo *Mart.* (BR) 8 Aegialos *Mart.* quasi capraria *deest Mart.* 10 Isthmou *Mart.* (B) 11 Hellas *Mart.* (BR) 12 Acte *Mart.* (BR) Isthmum (BR) sui parte Megaris dicta *Mart.* (B) 13 c. *verba* Est — saxa *valde corrupta exhibet, cf. Mart.* in ora autem portus cui nomen Scironia saxa sex longitudine latitudine quinque milibus passuum Myrtoo (myrto B) recedentibus Athenae atque Attica 14 c. amyrto, *corr.* a myrto 15 in quis *Mart.* (b) 16 Aemonia *Mart.* (BR) 18 Helles . . Hellenes *Mart.* (BR) 19 c. pellius 20 et Othrys *Mart.* Lapitharum *Mart.* (b)

---

[1] VI, 652–56.

Digitized by Google

occasum verticibus intuentes, nam ortum Pelius videt. Hi omnes montes teatrali more curvantur. Tessaliae vicina Magnesia, cuius fons est Libetris poetici haustus nomine celebratus. Macedonia postea, centum quinquaginta popu-
5 lorum maximis regibus inclita, praesertimque Alexandro, qui a Phylippo cum natus crederetur, eius mater Olympias draconem eum conceptum esse memorabat. *Hic* victor *fuit* orbis, nam easdem peragrationis et victoriae metas habuit, quas Liber et Hercules. Haec tamen Macedonia populos
10 qui Edonii dicebantur totamque Micdoniam, Pieriam Emathiamque recepit in nomen. Haec in Tratium limitem terminum ducit; meridiana eius pars a Pyrotis habitatur, vespera Dardanis et Hilliris, a septentrione *est* Paphlagonia ac Paonia. Inter ipsam et Tratiam amnis Stremon pro limite
15 est ab Emi montis vertice defluens. In ea Rhodope, quem Micdonium asserunt montem. Ibi est mons Athos et terra Orestis, ibi Flegra nunc civitas, tunc Gigantum praeliorumque inmanium temeritate famosa. Sequitur Tratia, cuius incolae Bardi habent appetitum maximum mortis. A dextra
20 parte Strimonis sunt Bessi aliique quam plures. Nam Ebrum Odrissie nives complent, qui inter diversos barbaros fluens [1] etiam Ciconias perluit. Quorum confinio Emus

1 c. plius, *corr.* pelius 3 Libethris *Mart.* (BR) 6 a *deest Mart.* (b) 7 hic . . . fuit *deest Mart.* 10 c. totumque micdonam, *corr.* totamque Micdoniam 12 a meridie Epirotis *Mart.* (meridiana epirotis *corr. in* meridiae ab epirotis B) a vespera a . . . Illyriis *Mart.* 13 est *deest Mart.* 14 Paeonia *Mart.* (b) Thraciam *Mart.* (D) Strymon *Mart.* (strimon D) 15 Haemi *Mart.* (B) 16 Mygdonium *Mart.* (B) 17 Phlegra *Mart.* (BR) proeliorumque *Mart.* 18 immanium *Mart.* Thracia *Mart.* 19 incolae barbari *Mart.* Et qui a dextera parte Strymonis degunt *Mart.* 21 Hebrum *Mart.* (BR) Odrysiae *Mart.* 22 Ciconas *Mart.* Haemus *Mart.* (BR)

---

[1] ib. VI, 656—59.

Digitized by Google

sex milibus passuum cacumen extendens vicinia perflatur astrorum. Cuius item terga diverse gentes tenent. Dehinc Pontum Sitonia gens habitat, quae gloriam Horphei progeniti vatis perfectione sortita est. Nam in Spartio promuncturio ille vitam aut sacris inpendit aut fidibus. Mox 5 regio Maronea ac Tyrda oppidum, in quo equi Diomediaci stabulati sunt. Circeum Abdera, cui constructe Diomedis soror suum nomen adscripsit; quod oppidum Democriti physici ortu potius decoratum. Eandem Traciam Polidori sepulchro signatam nec poetae praetereunt; illic promunctu- 10 rium Cerascriseon, a Bizancio oppidum caelebratum, quod a Duratio septingentis undecim milibus distat. Eo enim interstitio a se utraque maria recesserunt, id est Adrias et Propontis; illic Ellespontus angustior per stadia septem ab Europa Asiam dividit. Hic quoque duę civitates, quarum 15 una, id est Sextus Europae est, Abhidos Asiae. Dehinc promuncturia contraria: Ceronessi, in quo terminatur Europae sinus tertius, et Asiae Aegeum, in quo Cimasema dicitur locus, Haecubae sepulchro tumulatus. In confinio insula Tenedos, a qua usque in Chium diffusior sinus inter- 20 iacet, cuius dexterior Antandrus. Exiguitas denique, ut dictum est, insularum navigantibus caprae similitudine divul-

1 extollens *Mart.* 3 Sithonia *Mart.* (B) Orphei *Mart.* 4 in Sperchio prom. *Mart.* (R) 6 Tyrida *Mart.* (BR) 7 circa eum *Mart.* 8 asscripsit *Mart.* 9 Thraciam *Mart.* (BR) Polydori *Mart.* (B) 10 signatum *Mart.* 11 Ceras Chryseon *Mart.* Byzantio *Mart.* (bizantio R) oppido *Mart.* 12 c. adduratio, *corr.* a Duratio; a Dyrrhachio *Mart.* (dyrratio BR) 13 Adria *Mart.* (D) 14 Hellespontus (BR) c. septem; ab 16 Sestos *Mart.* (BR) Abydos *Mart.* deinde prom. *Mart.* 17 Cherronesi *Mart.* (cerronessi BR) 18 Sigeum *(Koppius) Mart.* (aegeu BR) Cynossema *Mart.* (BR) 19 Hecubae *Mart.* (B) 22 exiguitas insularum denique nav. *Mart.*

Digitized by Google

gatur, ab eaque Aegeum pelagus appellatur. Sed in Corcire Phalaorio promunctorio effigiaem navis scopulus imitatur, in quem Ulixis navem versam fabulosa confinxit antiquitas. Euboea vero a Boetiae continenti modico atque ita exiguo interfluente discernitur, ut plerumque ponte iungatur. Duobus promuncturiis ad Atticam versum Gerasto et ad Hellespontum Caphareo decoratur. Huius latitudo ultra secundum miliarium intra quadragesimum contrahitur, longitudo vero totius Boetiae ab Attica usque Thessaliam centum quinquaginta milibus numeratur.

Circumferentia [1] vero trecentis sexaginta quinque milibus explicata. Huius oppidum Calcida exadverso Aulis, et Caristo marmore fluctibus colora. Quartus [2] vero Europae sinus ab Hellesponto incipiens Meotis ostio terminatur, *de quo Hellesponto supra abunde.* Hister [3] fluvius ortus in Germania de cacumine montis ad novem sexaginta amnes assumens etiam Danubius vocitatur; dehinc litus Scithicum confertum multiplici diversitate barbarica. Nam illic Getę, Daci, Sarmatę, Amaxobii, Trocodite, Alani Germaniae omnis tractus. Ab Histro ad oceanum bis decies centum milium passuum est, in latitudinem milibus quadringentis usque ad Armeniae solitudines. Nec procul fluvius lacus oppidum, sub uno cuncta nomine Boristenes. Iuxta Achillis insula eius sepulchro caelebrata. Introrsus deguit aut Coete, apud quos

1 Aegaeum *Mart.* (R) Corcyrae Phalario *Mart.* 2 c. pscopulus 4 exiguo mari *Mart.* 8 c. longitudo intra, longitudo *delevi* 9 c. boeticae c *eras.* 12 Chalcida *Mart.* (BR) Carystos *Mart.* (caristos B) 13 concolore *Mart.* (concolora B) vero magnus *Mart.* 14 Maeotis *Mart.* (BR) 16 absumens *Mart.* (b) 17 c. danius, *corr.* danubius c. de ^{h}inclitus *M* 19 Trogodytae *Mart.* 23 Borysthenes *Mart.* (D) propter Achillis . . . celebratam (b) *Mart.* 24 degunt Auchetae *Mart.*

---

1 ib. VI, 659. 2 VI, 661. 3 VI, 662—63.

Digitized by Google

Hipanis nascitur, et Neutri apud quos Boristenes, Geloni Agatyrsi et a tergo eorum Arimaspi. Tunc Riphei montes et regio caligantibus tenebris inumbrata. Post eosdem montes trans aquilonem Iperborei apud quos mundi axis continua motione torquetur, gens moribus, prolixitate vitae, deorum cultu, aëris clementia, semenstri die, fine etiam habitationis humane praedicanda. Verum Sarmatiae Scithyae Tauricae tractus in longitudine habet milia nongenta octoginta octo, latitudine septingenta decem. Igitur ut [1] Varro non reticet, totius Europae longitudo habet sexagies ter triginta septem milia passusque quingentos. Iam nihil in Europam aestimo memorandum, quoniam et Hyperboreos sibi Asia vindicavit.

Si [2] autem levorsum post Ripheos montes redeas per oceani septentrionalis tractus, te denuo per Germaniae Galliarumque et Hyberos populos ad Gaditanum ostium revocabis. Ariphei quippe iam in Asia constituti parilem Hyperboreis vitam degunt cunctis gentibus venerandi ut ad eos velut ad quoddam asilum confugiant metuentes. Ultra hos Cimeri et Amazones ad Caspium mare quod in confinio mundi ortum est, ibi Scithycum perrumpit oceanum. Post prolixa terrarum et Hyrcana repperitur. Caeterum in Adlanticum litus oceani remeantes per Aquitaniam extremam extremaque Europae in Britanniam revertuntur. *De qua satis supra; abhinc Africam adiacet narrare.*

1 c. hispanis s *eras.* Hypanis *Mart.* (spanis BD) Neuri *(Grotius) Mart.* (BD) Borysthenes *Mart.* (D) 2 Agathyrsi *Mart.* (BD) Ripaei *Mart.* (BD) 4 Hyperborei *Mart.* (D) 8 octoginta, latitudine *Mart.* (b) 11 Europa *Mart.* 14 Riphaeos *Mart.* (bR) 16 Hiberos populos ad *Mart.* 17 Arimphaei *Mart.* 18 c. eas, *corr.* eos 19 asylum *Mart.* 20 Cimmerii *Mart.* in confinio ortus aestivi *Mart.* (est ibi BR) 21 c. pos, *corr.* post 22 Hyrcania *Mart.*

---

[1] VI, 662. [2] VI, 665.

Digitized by Google

Marcianus.[1] Africa[2] igitur ac Libia dicta ab Afro Libe, Herculis filio. In confinio est Elyssos colonia, in qua regia Actei luctamenque cum Hercule celebratum et Aesperidum orti; *de quibus satis supra.* Nec longe mons Athlans de
5 gremio cacumen proferens arenarum; hunc incolae Addirin vocant, is usque in confinia lunaris circuli evectus est ultra nubium potestatem. qui ab occasus parte litora prospectat oceani, nemorosus, fontibus scatens, sed rupibus infecundus; qua vero Africam spectat opimus omnis. Arbores praeterea
10 gignit cypressi similes, odore tamen graves, quae lana obducunt instar serici praetiosam. Per diem silet, nocte et ignibus micat et tybiis fistula cimbalis tympanisque percrepat, Satyris Egypanisque bacchantibus. Ultra ipsum ad occasivum litus per quadringenta nonaginta sex milia pas-
15 suum saltus feris Lybicis occultum. nec plurimum distant septem montes qui paritate cacuminis Fratres sunt appellati, sed helephantorum pleni et sunt ultra provintiam Tingitanam. Item Siga oppidum e regione Malacam urbem Spaniam centemplatur. In litore quoque Carmenna magis-
20 que oppidum Cesareae. Item Icosium aeque colonia, item Rusconiae et Rusvicurus, Aldae, Aeciae caetereque civitates. Fluvius vero Ambuga abest a Caesarea trecentis viginti

1 Africa vero *Mart.* 2 Elissos *Mart.* 3 Antaei *Mart.* celebratur *Mart.* Hesperidum *Mart.* 4 Atlas *Mart.* (BR) 5 Adirim *Mart.* (addirim b) 6 est *deest Mart.* 10 cupressi *Mart.* lanam *Mart.* 12 c. [tybiis fistula] tibiis . . . cymbalis *Mart.* 14 occasum *Mart.* 15 occupati *Mart.* c. plur[imum] 16 parilitate *Mart.* (BD) 17 elefantorum *Mart.* 19 Hispaniae *Mart.* Cartenna *Mart.* (B) maiusque *Mart.* 21 Rusgoniae et Rusucurus *Mart.* (rusuccurus BR) c. rusuccurus *primum* c *in* i *correct.* Saldae etiam ceter. (aldae etiae R) *Mart.* 22 flumen v. Ampsaga *Mart.* (ambaga BR) c. caesaream, *corr.* ea

---

[1] cod M̄. [2] Mart. VI, 667—69.

Digitized by Google

duobus milibus. Utriusque Mauritaniae longitudo decies triginta octo milia, latitudo quadringenta sexaginta septem. Absaga Munidiae nomine celebrata. Numidae Munides dicti, cuius in mediterraneis colonia Circa interius Sicca atque Bulla Regia; in ora vero litoris Ypos Regius ac Tabraca. Interius [1] Zeugitana regio, quae propriae vocatur Africa; habet haec tria promuncturia: Appollinis adversum Sardiniam, Mercurii respectans Siciliam, quae in altum procurrentia duos efficiunt sinus ab Yppone Diarritu; deinde promuncturium Apollinis et in alio sinu Utica Catonis morte memoranda. Demum Maxula, Carpi, Messua, Cliaque in promuncturio Mercurii. Item Curubis, Neapolis.

Mox alia distinctio Libiae Phenices vocantur, qui Bizancium incolunt, quae regio ducentis quinquaginta milibus passuum circuitur. Cuius satio centesimo messes incremento feneratur. Hic oppida Pupput Adrometus Leptis Ruspe Tapsus Tenea Besma Coma Desta Capesa Brata contingens Syrtim minorem, ad quem Numidiae et Africae ab Ansaga longitudo sunt milia quingenta, latitudo ducenta.

Tertius sinus dividitur in geminos duarum syrtium secessus vadosa reciproco mari. Sed minor Sirtis a Car-

3 ab Ampsaga Numidia. *Mart.* (ab saga bR) Numidiae . . . . . Nomades dicti *Mart.* 4 Cirta *Mart.* (bR) Sica *Mart.* 5 Hippo regius *Mart.* 8 c. siciliamque *corr.* quae 9 Hippone Diarryto *Mart.* 11 Clypeaque *Mart.* 13 distinctio Libyphoenices *Mart.* (lybiephoen. bR) Byzacium *Mart.* (byzancium r) 15 messis *Mart.* (B[1]R) 16 Adrumetus *Mart.* (BR) c. rus[pe] tap[s]us Ruspae . . . Tenae Aves Macomades Tacape Sabrata *Mart.* (abes bR) 18 quam *Mart.* Ampsaga *Mart.* (BR) c. ansaga; longitudo 19 quingenta octoginta *Mart.* 21 c. uados ac c. *eras.* c. sitis *M*

[1] ib. VI, 669—74.

Digitized by Google

tagine abest trecentis milibus; ad maiorem vero per deserta pergitur, quae serpentibus diversis ac feris habitatur. Post haec Garamantes; super hos fuerunt Psilli. In deflexu civitas Oensis et Leptis magna. Inde Syrtis maior circuitu sex-
5 centorum viginti quinque milium. Tunc Cyrenaica regio; eadem est Pentapolitana Ammonis oraculo memorata. Urbes maximae ibi quinque Beronicae, Arsinoe, Tholomaida, Apollonia ipsaque Cirenae. Berenice autem in extremo Syrtis cornu, ubi Aesperidum orti,[1] fluvius Loeton, lucus sacer,
10 abest a Lepti trecentis septuaginta quinque milibus et deinceps Tolomais viginti duobus, proculque Catabatmon et Marmarides et in ora eius Nasamones, deinde Mareotis Maritonium. Inde Apis Aegypti locus a quo Paretonium sexaginta duobus milibus. Inde Alexandria ducenta milia.
15 Interior autem Africa ad meridiem versus intervenientibus desertis habet Leucoaethyopes Nigritas et campos monstruosae novitatis, post quos solitudines fugiendae, versus interveniens fluvius Niger eius, cuius Nilus est prorsus naturae. Inter solitudines degunt Hatlantes qui neque
20 inter se ulla nomina habent et soli interprecantur, quod eos cum messibus semper amburat. Hi numquam somniare videntur. Trochoditae in specubus manent, vescunturque ser-

2 habitantur *Mart.* 3 Psylli *Mart.* *(ex Plin.)* 4 Oeensis *Mart.* c. circuit, *corr.* circuitu 7 Berenice . . Ptolemaida . . Cyrene *Mart.* 9 Hesperidum *Mart.* (esp. BR) Lethon *Mart.* (leton BR) 11 Ptolemais *Mart.* (ptolom. BD) Catabathmon *Mart.* (B) 12 ora Syrtis *Mart.* 13 Paraetonium *Mart.* (maretonium B) 14 in sexaginta *Mart.* (in̤ B) ducentis milibus *Mart.* (b) 16 Leucaethiopes *Mart.* (leuco. Bb) 17 ad orientem versus. fluvius Niger *Mart.* 18 c. intervenien fiuius *(M)* niger, *corr.* veniens fluvius 19 Atlantes *Mart.* 20 ulla inter se *Mart.* c. interprecanter *M* inprecantur *Mart.* 22 Trogodytae *Mart.*

[1] i. e. horti.

Digitized by Google

pentibus, stridunt potius quam locuntur. Garamantes vulgo feminis sine matrimonio sociantur; Authgile inferos colunt, Iampasamptes nudi et inbelles externis numquam miscentur. Blemmiae sine capite sunt, os et oculos in pectore gerunt. Satyri hominum nihil habent nisi faciem. Himantopodies debilitate pedum serpunt potius quam incedunt. Farussi comites Herculis fuerunt.

Lybia [1] dicta quod inde Lybs flat, hoc est Africus. Alii aiunt, Epaphum Iovis filium, qui Memphim in Aegypto condidit, ex Cassiota uxore procreasse filiam Lybiam, quae postea in Africa regnum possedit. Cuius ex nomine terra Lybia est appellata. Africam autem nominatam quidam existimant, quasi apricam, quod sit aperta caelo vel soli et sine horrore frigoris. Alii dicunt Africam appellari ab uno ex posteris Abrahe de Cethura, qui vocatus est Afer. Incipit autem a fine Aegypti pergens iuxta meridiem per Aethyopiam usque Adhlantem montem. A septentrionali vero parte mediterraneo mari coniuncta clauditur et in Gaditano freto finitur, habens provincias Lybiam, Cirensem, Pentapolim, Tripolim, Bizancium, Cartaginem, Numidiam, Mauritaniam Caesariensem, Mauritaniam Tingitanam et circa solis ardorem Aethiopiam. *Sed Solinus nominis eius causas paene aliter pandens ait.*[2] De Hispania est cursus in Lybiam. Nam

1 striduntque *Mart.* 2 Augilae *Mart.* (autg. B R) 3 Campasantes *Mart.* 4 Blemmyae *Mart.* atque os *Mart.* 5 Himantopodes *Mart.* *(ex Plin.)* 6 Pharusi *Mart.* (far. B R) 8 inde *cum Isid.* (*supra p.* 5 in ea) 10 Cassiopa *Isid.* (*supra* t) 12 quidam inde *Isid.* (*supra* exinde) 15 *supra* Abrahae de Caethura c. cetthura, *corr.* cethura 16 a finibus *Isid.* 17 usque ad Atlantem *Isid.* 19 Libyam Cyrenensem . . Byzacium *Isid.* 20 c. maurit. tingitanam caesariensem maur. tingit. *prius* tingitanam *del.* 23 Hispania excursus *Sol.* (L P)

---

[1] ex Isid. XIV, 5, 1—2. cf. supra p. 5. [2] XXIV, 1—2.

Digitized by Google

Bellonae progressus, quod Beticae oppidum est, ultra interiacens fretum trium et trigenta milium passuum Tingi excipit, Mauritaniae nunc colonias et cuius Antheus primus auctor est. Porro quod in illo ambitu Aegyptium finitur pelagus
5 et Lybicum incipit, placuit ut Africam Lybiam vocarent. Lybiam a Lybia, Epaphi filia. Africam autem ab Afro Libe Herculis filium potius dictam receperunt. *Item Solinus:* [1] Omnis Africa Zeugitano pede incipit promuncturio Apollinis Sardiniae contraversa, promuncturio Mercurii procedens
10 in frontem Sicanam, proinde extenta in duas prominentias, quarum altera promuncturium Candidum dicitur, altera quae est in Cirenaica regione, Ficuntem vocant: ea per sinum Creticum opposita Cretę insulae contra terrarum Laquonice excurrit, arenis Catabathmi Aegyptio insinuata, cui proxime
15 Cyrenensis extenditur inter duas syrtes, quas inaccessas vadosum ac reciprocum mare efficit. Cuius sali defectus vel incrementa haud procul est depraehendere, ita incertis motibus nunc in brevia rescinditur dorsuosa, nunc inundatur aestibus et quietis, ut Varro auctor est, perflabilem
20 terram ventis penetrantibus subitam vim spiritus citissimi aut revomere maria aut resolvere. Omnis haec plaga ab Aethiopiae terminis Asiae Tigri flumine, qui Nilum parit,

1 Baelone *Sol.* (LGP²) progressos *Sol.* (LGHSA) Baeticae *Sol.* 3 colonia sed *Sol.* Antaeus *Sol.* 5 Libyam diceremus. quidam tamen *Sol.* (H) 6 ab Afro Libyis *Sol. (Capella)* 7 filio *Sol.* 11 alteram *Sol.* (hSDic.) 12 Cyrenaica *Sol.* Phycuntem *Sol.* (H) 13 contra Taenarum *Sol.* Laconicae . . harenis *Sol.* 14 Aegypto *Sol* (H) 15 Cyrenenses *Sol.* (HSA) c. inaccesses, *corr.* as 17 haud promptum *Sol.* 18 residit dorsuosa *Sol.* (rescidit LGHSA) 19 inquietis *Sol.* (H) ut a. e. Varro *Sol.* (HSA) 20 ibi terram *Sol.* citissime (H) a. r. m. aut resorbere (H) *Sol.* 22 Aethiopia et *Sol.* (H) Nigri *Sol.* (H)

---

[1] XXVII, 1—7.

Digitized by Google

ab Hispania freto scinditur. Latere usque ad Memphym vergit, fontium inops est, infamis siti; altrinsecus, qua septentrionem patitur, aquario larga; in agro Bizanteno qui patet passuum ducentis vel amplius milibus, glebis ita praepinguis, ut iacta ibi semina cum incremento centesimae frugis renascantur. *Item ipse de intimis Lybiae gentibus:* [1] Quod ab Athlante usque Canopitanum ostium panditur, ubi Libiae finis est, et Aegyptium limen, dictum a Canopo Menelai gubernatore sepulto in ea insula quae ostium Nili facit, gentes tenent dissonę quae in aviae solitudinis sequentibus recesserunt. Ex his Athlantes ab humano ritu prorsus exulant; nulli proprium vocabulum, nulli spetiale nomen; diri solis ortus excipiunt, diri occasus prosecuntur. utique torrentis plaga est. De re uterum deum lucis affirmant eos somnia non videre et abstinere penitus ab animalibus universis. Trocodite specus excavant, illis teguntur; nullus illi habendi amor, a divitiis paupertate se abdicaverunt voluntaria. Tantum lapide uno gloriantur, quem exseconthalithum nominamus, tam diversis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in eius parvo orbiculo depraehendantur. Homines isti carnibus vivunt serpentium ignarique sermonis stridunt potius quam locuntur. Authgile vero solos colunt inferos; feminas suas primis noctibus nuptiarum adulteris cogunt patere, mox ad perpetuam pudiciciam legibus stringunt severissimis. Gamphasantes abstinent proeliis,

1 l. quod ad meridiem v. *Sol.* 2 c. fonstium s *eras.* et infamis *Sol.* c. infamisti, *corr.* siti 3 Byzaceno *Sol.* (bizanceno H) 4 mil. duc. v. a. *Sol.* 10 secretum recesserunt *Sol.* 12 diris . . diris *Sol.* (L G H P) 13 ustique undique *Sol.* (H) 14 plagae sidere oderunt d. *Sol.* (plaga est dire H) adfirmant Sol. 16 Trogodytae *Sol.* nullus ibi *Sol.* 18 hexecontalithon *Sol.* (execontalithum L G) 20 in p. o. eius *Sol.* 22 Augilae *Sol.* 24 adulteriis *Sol.* (H)

---

[1] XXXI, 1—6.

Digitized by Google

fugiunt commercia, nulli extero misceri sinunt. Blemmias credunt truncos nasci parte qua caput est, os tamen et oculos habere in pectore. Satyri nihil aliud de hominibus praeferunt, quam figuram. Aegypanes hoc sunt quod pingi
5 videmus. Hymantopodes fluxis nisibus crurum serpunt potius quam incedunt et pergendi usum lapsu magis destinant quam ingressu. Pharussi cum Herculi ad Hesperidas pergenti forent comites, itineris tedio hinc resederunt. Actenus Lybia; *abhinc fandum de Asia. Marcianus:* [1] Aegyptus
10 deinde, hoc est Asiae caput, quae una ab ostio Canopi ad hostium Ponti habet vicies sexties centena triginta octo milia passuum, ab ore autem Ponti ad os Meotis sedecies centena septuaginta quinque milia passuum. Verum Aegyptus introrsum ad meridiem tendit, donec a tergo Aethyopes
15 obversentur. Cuius inferiorem situm Nilus dextra levaque divisus complectitur, ut Aegyptum Nili possis insulam vocitare. Nam ambitu circumfluentis amnis etiam Deltae litterae figuram creditur detinere. Summa autem eius pars contermina Aethyopiae multas oppidorum praefecturas habet,
20 quas nemos vocant, inter quas Menelaitem Alexandria e regione item Lybiae Mareotin. Heracleopolin autem insula Nili est, in qua oppida Herculis Arsinoita et Memphyta, quae ad summum Delta perveniunt. Nilus autem ipse in-

1 nulli se *Sol.* (H) Blemyas *Sol.* (blemias HG) 3 de hom. n. aliud *Sol.* 4 Aegipanes *Sol.* 5 Himantopodes *Sol.* (Hymantopedes H) 6 c. destinunt, *corr.* ant 7 Pharusi *Sol.* 8 hic resed. *Sol.* 10 dehinc hoc *Mart.* c. [asiae] 11 sexies *Mart.* c. centenas c. septuaginta quinque milia *ex sequ. numero exhibet*, *corr.* triginta octo 12 c. hos h *eras.* Maeotis *Mart.* (BR) 16 c. diuisas, *corr.* us 17 ab ambitu *Mart.* Delta *Mart.* 20 nomos *Mart.* c. menela, item Alexandriae regionem *Mart.* 21 Heracleopolis *Mart.* 22 Memphita *Mart.*

---

[1] VI, 675—76.

Digitized by Google

certis ortus fontibus creditur, cum Iuba rex cum a monte inferioris Mauritaniae de lacu Nilide oriri significet, quod animalibus isdem et argumentis faeturae parilis approbatur. *Unde Solinus*:[1] Aegyptus a meridiae introrsus recedit quoat praetendunt Aethyopes; a tergo interiorem eius partem Nilus circumfluit, qui scissus a loco cui Delta nomen est ad insulae faciem spatia amplectitur interna et incerto pene fonte decurrens proditur ut loquaemur. Originem habet a monte inferioris Mauritaniae, qui oceano propinquat. Hoc affirmant Punici libri, hoc Iubam regem accipimus tradidisse. Igitur protinus lacus efficitur, quem Nilum dicunt; Nilum autem iam inde esse coniciunt, quod hoc stagnum herbis piscibus beluis nihil minus procreet quam in Nilo videmus, quando Mauritania, undique origo eius est, a nivibus densioribus aut imbribus largioribus irrigatur, unde incrementa exundationis in Aegypto augeantur. Sed effusus hoc lacu harenis sorbetur et cuniculis caecis absconditur. Deinde in Caesariensis penita prorumpens ampliora eadem inditia praefert, quae in exortu notavimus, rursusque subsidit nec prius redit quam post intervalla itineris extenti contingat Aethiopas, ubi exit et Nigrum facit fluvium, quem supra diximus esse terminum limitis Africani. Astapum eum inde gentes vocant, scilicet aquam e tenebris profluentem. Multas

2 c. nili deoriri 4 c. coat qoat *corr. M*[1] 5 praetendant *Sol.* (H) Aeth. a tergo. inferiorem (H) *Sol.* 7 interamna et *Sol.* (H) 8 c. origines m *corr. M* 9 c. montem m *eras.* 11 lacum (H) efficit *Sol.* quem Nilidem *Sol.* (H) 14 ac si quando *Sol.* (H) unde origo *Sol.* (H) aut nivibus *Sol.* (Dic.) 15 inrigatur incrementa *Sol.* (H) 17 c. cuniculus i *corr. M* 18 Caesariensi specu *Sol.* (Caesariensis petita H) ampliore *Sol.* (H) 20 se prius reddit *Sol.* c. reddit 21 Nigrim *Sol.* (LG) 22 indigetes voc. *Sol.* (LGhAP[2]) 23 c. et t *eras.*

[1] XXXII, 1—8.

Digitized by Google

magnasque ambit insulas quarum pleręque sunt tam diffusae et vastę magnitudinis, ut vix eas dierum quinque cursus praetermeet, quamvis concitus ibi feratur. Nobilissima eorum est Eroe, circum quam diffusus dextro alveo Astapes levo
5 Astabores nominatur. Tunc quoque emissus magna longinqua cum primum occurentibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiecta rupium, ut ruere potius quam manare credatur, demumque a cateracte ultimo tutus est. Ita enim quaedam claustra eius Aegyptii nuncupant.
10 Relicto tamen hoc pone se nomine, quod Giris vocatur, mox[1] inoffensus meat; septem ostiis conditur; in meridiem versus excipitur Aegyptio mari. Ignari superum vel locorum varias de excessibus eius causas dederunt; alii affirmant, aethesias nubium densitatem illo cogere, unde amnis
15 hic auspicatur, ipsumque fontem humore supero agitatum tantam inundationis habere substantiam, quantum pabuli ad liquorem nubila subministraverint. Ferunt alii quod ventorum flatibus repercussus cum fluores solitae velocitatis non quaeant promoveri, aquis in arto luctantibus intumescat:
20 et quo inpensius controversi spiritus repugnaverint, eo excelsius sublimari in altitudinis vertices repercussam celeritatem, quando nec solitus extenuet cursus alveum et stipato iam flumine venis originalibus pondera supervenient: ita

2 c. vestę *M*[1] cursu *Sol.* (H Dic.) 3 *ad* praetermeet *legitur in margine* pretermeet *M* earum *Sol.* (H) 4 Meroe *Sol.* divisus dextero (S) *Sol.* Astosapes *Sol.* (P[2]) 5 emensus *Sol.* 8 c. man[ar]e 10 quo Nigris voc. *Sol.* (H Dic.) 12 gnari siderum *Sol.* 13 adfirmant *Sol.* 14 etesias *Sol.* 15 c. ausispicatur is *eras.* superno *Sol.* (Bern.) 18 fluorem . . . queat promovere (HS) *Sol.* 23 flumine] *in marg. superiore a M*[1] *scripta leguntur:* hoc Matheus aiens: hominem generaliter implet *atque litterarum nugae* torrentium (H) p. superveniant *Sol.*

[1] ib. XXXI, 8–15.

Digitized by Google

concurrente violentia hinc resistentis undis exultantibus molem colligi quae excessus facit. Nonnulli affirmant, fontem eius, qui Fialus vocatur, siderum, motibus excitari extractumque radiis candentibus caelesti igne suspendi, non tamen sine certa legis disciplina, hoc est lunis coeptantibus; verum omnem abscessus originem de sole concipi primosque fieri excessus tumoris cum prae Cancrum sol vehatur: postmodum triginta eius partibus evolutis, ubi ingressus Leonem Syrios excitavit emissis omnibus cumulis totam fluctuationem erumpere. Deinde revocari exitus universos cum Virginem transeat paenitusque intra ripas suas capere, cum Libram sit ingressus. Hoc etiam addunt, pariter eum nocere sive habundantius exaestuet sive partius,[1] cum exiguitas minimum adportet fecunditatis, propensior copia diuturno humore culturam moretur. Maximos eius exitus cubitis duodeviginti consurgere, iustissimos sedecim temperari, nec in quindecim abesse proventus fructuarios, quicquid intra sit famem facere. *De quo Ysidorus:*[2] Geon fluvius de Paradyso exiens atque universam Aethyopiam cingens, vocatus hoc nomine quod incremento suae exundationis terram Aegypti irriget, ge enim grece latine terram significat. Hic apud Aegyptios Nilus vocatur propter limum quem trahit, qui efficit faecunditatem. *Igitur praefatus adiungens caetera Marcianus ait:*[3] In omni autem Delta Nili oppida ducenta quinquaginta fuisse Artemidorus attestatur; in litore tamen Aegyptii maris praestantior urbium Alexandria constituta, ab Alexandro Magno condita, a Canopico hostio in duodecim milibus passuum

1 hinc urgentis elementi hinc r. *Sol.* 2 adfirmant *Sol.* 3 Phialus *Sol.* 7 per cancrum *Sol.* 9 ortus sirios *Sol.* 10 revocare *Sol.* (SAP) in virginem *Sol.* (H) 11 infra *Sol.* (LGHP) 18 Ysidorus us *in lacuna* paradiso *Isid.* 20 inundationis *Isid.* 21 γη enim graece *Isid.* 25 adtestatur *Mart.* 26 Alexandrea *Mart.* (R) 27 c. canopicao ostio *M*

1 i. e. parcius. 2 Origg. XIII, 21, 7. 3 VI, 676—78.

Digitized by Google

iuxta lacum Mareoticum, qui quamplures insulas habet tractusque quadringentos. Cuius tam longitudo quam etiam latitudo centena quinquagena milia passuum tenent. Unde ultra Pelusiacum hostium Arabia est ad Rubrum pertinens
5 mare quod Eritreum ab Eritra rege, Persaei et Andromede filio vocitatum, a colore etiam dictum Rubrum. Nam fons in litore, quem cum greges biberint, in rubrum colorem incipiunt mutare lanas. Huius maris oppidum Arsione. Verum haec Arabia procedit usque odoriferam ac divitem
10 terram. Hanc Arabiam [1] Greci Eudemonem nostri beatam nominaverunt, Arabia tamen appellata, id est sacra, hoc enim significare interpretantur.

Sed [2] iuxta est Syria, multis distincta nominibus. Nam et Palestina est, quae contingit Arabiam, et Iudaea et
15 Poenicea, et quantum interior habetur Damascenae, in meridiem vergens Babylonia, ex eadem Mesopotamia inter Eufraten et Tigrin, qua transit Taurum montem Sophone. citra vero eam Commagene et ultra Armenia, et Assyria ante dicta; et ubi Cilicia et Arabia quadringenta milia passuum,
20 latitudo autem a Seleutia ad oppidum Eufratis Zeuma centum septuaginta quinque milia. Supra Idumeam et Samarin Iudaea longe lateque funditur. Pars eius Syriae iuncta Galilea vocatur, a ceteris eius partibus Jordane amne dis-

1 complures i. h. traiectusque *Mart.* 5 Erythraeum . . Erythra *Mart.* (B) Persei *Mart.* Andromedae *Mart.* (D) 6 c. calore *M*[2] fons est *Mart.* 8 Arsinoe *Mart.* 9 verum Arabia tenditur u. *Mart.* c. odoriferam d *ex* cl *coniunxit M*[2] 10 *εὐδαιμονα Isid.* 14 Palaestina *Mart.* (BD) 15 Phoenicia *Mart.* Damascene *Mart.* 16 et eadem *Mart.* (et *ex Plin.*) (BD) Euphraten *Mart.* (D) 17 Tigrim *Mart.* (tygrin D) Sophene *Mart.* (BD) 20 Seleucia . . . Euphratis Zeugma (BR) *Mart.* 21 Idumaeam (idymeam R) et Samariam (BR) *Mart.* 22 iniuncta *Mart.* 23 Galilaea *Mart.* (BR)

[1] ex Isid. XIV, 3, 15. [2] Mart. VI, 678—79.

Digitized by Google

creta. Qui fluvius oritur de fonte Paniade. *Sed Isydorus:* [1] Iordanis undae et fluvius a duobus fontibus nominatus, quorum alter vocatur Ior, alter Dan. His igitur procul a se distantibus in unum alveum foederatis Iordanes deinceps appellatur et dividit Iudaeam et Arabiam qui per multas circuitur iuxta Hiericho in mare Mortuum influit, Secundum [2] latus Iudaeae ab Hierusolimis, in quo latere est fons Callirrhoe. Ab occidente Esseni, qui sine concubitu et cunctis cupiditatibus vivunt. Hinc aliquando interius Massada castellum in quo Iudaeae finis est. *De qua Solinus:* Iudaea [3] illustris est aquis sed natura non eadem aquarum omnium. Iordanis amnis eximiae navitatis, Paneade fonte dimissus, regiones praeterfluit amoenissimas, mox in Asphaltiten lacum mersus stagno corrumpitur; qui Asphaltites gygnit bitumen, animal non habet, nihil in eo mergi potest. Tauri etiam camelique inpune ibi fluitant. Est et lacus Sara, extensus passuum sedecim milibus, circumsessus urbibus plurimis et caelebribus, ipse par optimis. Sed lacus Tyberialis omnibus anteponitur, salubris ingenuo haustu et ad sanitatem usu efficacem. Iudaeae caput fuit Hierusolima, sed excisa est; successit Hierichus, et haec desivit Artarcxersis bello subducta. Callirrhoe Hierusolymis proxima, fons colore medici probatissimus, ex ipso aquarum praeconia sic vocatus est. In hac terra balsamum nascitur, quae silva intra viginti iugerum usque ad victoriam nostram

1 c. [oritur] 2 Iordanis Iudae fluvius *Isid.* 6 multos circuitus *Isid.* Iericho *Isid.* 7 secunda elatio *Mart.* (b) Hierosolymis *Mart.* 9 aliquanto . . Masada *Mart.* 13 Asphaltitem *Sol.* 14 c. quia, *corr.* qui 16 c. locus, *corr.* lacus 17 circumsaeptus *Sol.* (LGP²) 19 Tiberiadis *Sol.* ing. aestu *Sol.* (H) 20 efficaci *Sol.* Hierosolyma *Sol.* (S) 22 Artaxerxis *Sol.* subacta *Sol.* (artaxersis b. subducta H) 23 calore (H) medico *Sol.* et ex *Sol.* (H) 24 vocatus. *Sol.* (LGH) 25 intra terminos *Sol.* (h)

---

[1] XIII, 21, 18. [2] Mart. VI, 679. [3] Sol. XXXV, 1—8.

Digitized by Google

fuit; at cum Iudaeae potiti sumus, ita luci illi propagati sunt, ut iam nobis latissimi colles sudent balsama; similes vitibus styrpes habent malleolis digerunt rostris nitescunt, aqua gaudent, amant amputari, tenacibus foliis sempiterno inum-
5 brantur. Lignum caudicis attrectatum ferro nec mora moritur: ea propter aut vitro aut cultellulis osseis, sed in sola cortice artificio plaga vulneratur, e qua eximiae suavitatis gutta manat; post lacrimam secundum in pretiis locum poma obtinent, cortex tertium, ultimos bonos ligno.

10 Longe ab Hierosolymis recessu tristis sinus panditur quem de caelo factum testatur humus nigra et in cinerem soluta. Ubi duo oppida, Sodomum unum nominatum, alterum Gomorrum; apud quae pomum quod gignitur, habeat licet speciem maturitatis, mandi tamen non potest, nam fuliginem
15 intrinsecus favillaciam ambitio tantum extimae cutis cohibet, quae vel levi praessa tactu fumum exalat et fatiscit in vagum pulverem.

Interiora [1] Iudaeae occidentem quae contuentur, Esseni tenent, qui memorabili disciplina recesserunt a ritu gentium
20 universarum, maiestatis ut reor providentia ad hunc morem destinati: Nulla ibi femina, venere se paenitus abdicaverunt. pecuniam nesciunt; palmis victitant; nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo; locus ipse addictus pudicitae est, atque plurimi licet undique gentium properent,
25 nullus admittitur, nisi quem castitatis fides et innocentiae meritum prosequitur. Nam qui reus est vel levis culpae,

1 Iudaea *Sol.* (HSAP²) 3 digeruntur *Sol.* (H) c. rostris, *corr.* a 5 c. atrectatum *corr.* tt sine mora *Sol.* (H) 6 o aut *in lacuna* 7 artifici *Sol.* (HSA) c. aequa *corr.* e qua 9 ultimus honos *Sol.* 10 longo *Sol.* (HSA) 11 caelo tactum *Sol.* (HSA) 12 ibi duo *Sol.* S. nominatum alterum *Sol.* 16 exhalat *Sol.* 24 est; ad quem *Sol.* (H) 26 prosequatur *Sol.*

---

[1] ib. XXXV, 9—12.

Digitized by Google

quamvis summa ope adipisci ingressum velit, divinitus submovetur. Ita per inmensum spatium saeculorum, incredibile dictu, aeterna gens est cessantibus puerperis. Engeda oppidum infra Essenos fuit, sed excisum est. Iudaeae terminus Massada castellum. *Marcianus:*[1] Iungitur Decapolis dicta a numero civitatum; redeuntibus ad oram Pheniciae colonia Tolomais; a tergo Libanus et Antilibanus montes, interiacentibus campis Bargilus item mons sedet; Syria desinente inter oppida Pheniceae Antiochya, *quae ab* Oronte amne dividitur. super etiam mons nomine Cassius, cuius altitudo quarta vigilia solem per tenebras videt. In Syria fluvius Eufrates nascitur a monte qui vocatur Capotes; ibi quoque Marsias alius amnis. Inter Syriam et Parthyam oppidum Palmira, moxque Eufrates fluvius, cuius decem dierum navigatione in ipsam Seleutiam Parthorum urbem maximam pervenitur. Sed scissus Eufrates, levorsum in Mesopotamiam vadit, et Tygridi infunditur, dextro autem meatu Babyloniam petit, quae Iudae caput est.

Sed redeundum ad oram Syriae; cui confinis est Cilicia, in qua oppidum Veneris et Cyprus insula fluviusque Paradysus. Ciliciae Pamphylia sociatur, cuius ultima Phaselis;

3 puerperiis *Sol.* Engada *Sol.* (Bern.) 4 c. ee. nos essonos *superscr. et* essenos *in marg. posuit* M^1 7 Ptolemais *Mart.* 8 c. [campis bargilus item mons sedet; item mons Syria desinente inter op]pida item, mons *delevi* 9 Phoeniciae *Mart.* c. anti[ochya quae ab] quae ab *deest Mart.* 10 c. [super etiam (eam *Mart.*) mons] Casius *Mart.* (BR) 12 Euphrates *Mart.* (R) 13 Marsyas *Mart.* (B) c. inte syriam M^1 Parthiam . . Palmyra (BR) *Mart.* 14 Euphrates *Mart.* (R) *id. infra* 15 Seleuciam *Mart.* (R) 17 Tigridi *Mart.* 18 Chaldaeae caput *Mart.* 20 Cypros i. et fl. Paradisus (bR) *Mart.*

---

[1] VI, 679—87.

Digitized by Google

dehinc Lycaonia in Asiaticam *iuris*dictionem versa quae ab illa parte, qua Galatiae contermina est, habet civitates quattuordecim. Verum Pamphyliae iuncta Cilicia, qua incipit mons Taurus, pene mediatenus orbis conscius, quem peragraret, nisi maria restitissent. Quae aliquando flexuosus evadit et in Ripheorum montium iuga sub nominum diversitate protenditur. Nam inter caetera nomina idem Nefetes est Caucasus et Sarpedon. Portarum etiam nomina censentur et alibi Ermeniae, alibi Caspiae. Et idem Mireanus, Coraxicus, Scithycus, Ceraunias appellatur. In Lycia alius mons Cymera noctibus flagrans; haec habuit oppida septuaginta, nunc triginta sex sunt. Telmessus oppidum dicitur, quo finitur *Lycia*. Hinc Asiaticum sive Carphathium mare et regio quae propriae vocatur Asia, cui ab oriente Frigia et Lycaonia, a septentrione Paflagonia est. Huius longitudo quadringenta milia passuum *est*, latitudo trecenta. Armenia ulterior ab oriente, a septentrione Pontica. In proximo Caria est, mox Alania et ultra Coilis. Redit in Frigiam Celene antea *dicta* in Appamiam commutata. Illic Marsias et nascitur et occidit et fluvio nomen dedit et cum Apolline decertavit. Denique pars eius Aulocrenoe vocitatur, unde

1 c. iurisdictionem dictionem *Mart.* (b) c. versaque *corr.* quae 3 c. licia *M*[1] Lycia *Mart.* (r) a qua *Mart.* (B) 6 Ripaeorum *Mart.* (BR) 7 Niphates *Mart.* 8 nomine censetur *Mart.* 9 Armeniae *Mart.* idem Hyrcanius *Mart.* (BR) 10 Ceraunius *Mart.* (BR) 11 Chimaera *Mart.* (cimera BR 12 Telmesus *Mart.* 13 Lycia *deest Mart.* Carpathium *Mart.* 14 Phrygia *Mart.* (BD) 15 Paphlagonia *Mart.* (BD) 16 quadringenta septuaginta *Mart.* est *deest Mart.* Armenia altera *Mart.* (D) 18 mox Ionia et ultra Aeolis *Mart.* (alania . . eolis D) sequitur. In Phrygia *Mart.* (B[1]) c. redi, *corr.* redit 19 Celaene *Mart.* (B) dicta *deest Mart.* Apamiam *Mart.* Marsyas *Mart.* (BD) 20 et natus *Mart.* 21 Aulocrene *Mart.* e voc *in lacuna*

Digitized by Google

Meander amnis exoritur. Frigia autem Troiadi inminet ab aquilonae Galatia est, a meridiae Licaonia, Pisidiae et Micdoniae confinis est *Frigia* ab oriente Lyciae, a septentrione Moesiae, Cariae. Dehinc Molus, Crocus, Lorens, amnisque Pactolus. Ioniae Miletos caput; ibi etiam Colophon *urbs*, oraculo clari Apollinis caelebrata. Meoniae principium Sipilus, Smyrna etiam Homero notissima, quam circumfluit Meris fluvius. Smyrneos campos Ermus intersecat qui ortus Dorilao Frigiam Cariamque dissicit. Iuxta Ilium sepulchrum Memnonis iacet. Supra Troaden in mediterraneo Teutrania est, quae regio Moesorum fuit. Civitas Oteutrane Caico flumine alluitur. Ibi inter omnes civitates Asiae Pergamum clarius. Nam Bitinia initium Ponti est et ab ortu Tratiae adversa a Sagari flumine primus fines habet; qui fluvius alio fluvio Gallo miscetur, a quo Gallo dicuntur ministri matris deum. Haec Bebricia et Micdonia dicta est, a Bitino rege Bitinia. In ea civitas Prusias, quam Hylas inundat lacus, quo puer eiusdem nominis dicitur intercerptus. Ibi Lybissa locus Micdonię proximus. In [1] eo sepulchrum Hannibalis memoratur. Dehinc

1 Maeander *Mart.* (BD) Phrygia Troadi *Mart.* (b) 2 Lycaoniae (D) et Pisidiae Mygdoniae (b) Frigia *deest Mart.* 4 Tmolus (BD) croco florens *Mart.* 5 hinc Ioniae *Mart.* (B) 6 urbs *deest Mart.* Clarii *Mart.* (B¹R) Maeoniae *Mart.* (BR) 7 Sipylus *Mart.* 8 Meles fluv. *Mart.* (melis b) nam Smyrnaeos (BR) *Mart.* Hermus *Mart.* (BR) 9 Dorylao Phrygiam (BR) dispescit *Mart.* 10 Troadem *Mart.* 12 civitas vero Teutrana *Mart.* Cayco *Mart.* 13 Bithynia *Mart.* (B) 15 primos *Mart.* (fines *add. ex Solino*) alii *Mart.* (b) 16 et Bebrycia (BR) *Mart.* 17 Mycdonia *Mart.* Bithyno (b) . . Bithynia *Mart.* 19 interceptus *Mart.* Libyssa *Mart.* (BR) locus Nicomediae *Mart.*

---

1 ib. VI, 688–90.

Digitized by Google

Ponti ora, post fauces Bosfori et amnem Ressum Sagarimque sinusque Adi, in quo Eraclea civitas, specus Acerusius qui mergitur in profunda telluris. Inde Paflagonia, ubi a tergo Galatia est; sed hic Enetosa etiam civitas, a cuius
5 civibus in Italia ortos Venetos asserunt. Ibi promuncturium Carabis, quod a Ponti ostio abest milibus passuum ducentis viginti, tantum a Chymeris. Ibi etiam mons Cytorus et civitas Eupatoria, quam Mitridates fecerat, sed eo victo Pompeiopolis appellata. Cappadocia autem introversus re-
10 cedit; quae levorsum ambas Armenias Commaginemque transcurrit, dextrorsum plurimos Asiae populos ambiens. ad iuga Tauri succrescit in ortu. praeterit Lycaoniam, Pisidiam, Ciliciam super tractum Syriae means, Antiochyae partem in Sistiam contingens. Ab Armenia maiori dividitur Eufrate
15 fluvio, quae Armenia inchoata montibus Panedrisin. Cappadotiae multae urbes eximiae, inter quas Merita, quam Sameranis condidit et Mazasa, quam dicunt urbium matrem; cui Argeus mons inminet, qui nives verticis albicantis nec aestivis quidem solibus superfundit. Terra illa, *ut Solinus*
20 *ait* [1] ante alias altrix aequorum et proventui aequino accommodissima est. Quorum hoc in loco ingenium reor persequendum. Nam *in* equis inesse iuditium, documentis plu-

1 Bosphori *Mart.* Rhesum *Mart.* (B) 2 sinus Mariandyni *Mart.* (BR) Heraclea *Mart.* (R) Acherusius *Mart.* (BR) 3 Paphlagonia *Mart.* 4 c. enetos etiam cuitas *corr.* Enetosa . . civitas 6 Carambis *Mart.* 7 quantum a Cimmerio *Mart.* (BR) 8 Mithridates *Mart.* (BR) 10 Commagenemque *Mart.* (B¹R) 13 in Scythiam *Mart.* (BR) 14 maiore . . Euphrate *Mart.* 15 c. inchoat a, *corr.* inchoata. Panedriis *Mart.* in Cappadocia *Mart.* (b) 16 Melita *Mart.* 17 Semiramis *Mart.* (sameranus B) Mazaca *Mart.* (BR) 18 Argaeus *Mart.* (BR) ne *Mart.* 19 c. perfundit *corr.* super 22 in *deest Sol.* iudicium *Sol.* (Gh)

---

[1] XLV, 5—7.

Digitized by Google

rimis patefactum est, cum iam aliqui inventi sunt, qui nonnisi primas domos recognoscerent, obliti mansuetudinis si quando mutassent consueta servitia. Inimicos partis suae norunt adeo, ut in praelia hostes morsu petant. Sed illud maius est, quod rectoribus perditis quos diligebant, accesserunt fame mortem. Verum hi mores in genere aequorum praestantissimo inveniuntur. Nam qui infra novitatem satis sunt, nulla documenta sua praebuerunt; sed ne quid videamur dicendi licentiam contra fidem arrogasse, exemplum frequens dabimus. Alexandri [1] Magni equus Bucefalus dictus sive de aspectus torvitate seu ab insigni quod taurinum caput armo inustum habebat, seu quod e fronte eius quaedam corniculorum mine protuberabant, cum ab aequario suo alias etiam molliter sederetur, accepto regio stratu neminem umquam praeter dominum vehere dignatus est. documenta eius in praeliis plura sunt, quibus Alexandrum e durissimis certaminibus sospitem ope sua extulit. Quo merito effectum ut defuncto in India exequias rex duceret et supremis sepulchrum daret, urbem etiam conderet, quam in nominis memoriam Bucefalis nominavit. Equus Gai Caesaris nullum praeter Caesarem dorso recepit, cuius priores pedes facie vestigii humanę tradunt fuisse, sicut ante Veneris genetricis aedem hac effigie locatus est. Regem Scitharum singulari certamine interemptum cum adversarius victor spoliare vellet ab aequo eius calcibus morsuque est laceratus. Agrigentina etiam regio frequens est aequorum sepulchris, quod munus supremitatis meritis datum credimus. Voluptatem inesse

1 aliquot *Sol.* (H) 2 primos dominos *Sol.* (H) 4 inter proelia *Sol.* (H) 5 arcessunt *Sol.* (S) 7 nobilitatem (H) sati (LGP) *Sol.* 10 Bucephalus *Sol.* (LGSAP) 12 de fronte *Sol.* (H) 16 simis *in lacuna* 20 Bucephalam *Sol.* (H) C. Caesaris *Sol.* 22 humani *Sol.* 23 Reg. Scyth. cum *Sol.* (H) 25 est lancinatus *Sol.* (H) 27 c. uoluptatum, *corr.* em his inesse *Sol.* (H)

---

1 ib. XLV, 8—16.

Digitized by Google

circi spectacula prodiderunt, quidam enim aequorum cantibus tibiarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate nonnulli etiam accensis faciebus ad cursus provocantur. Affectum equinum lacrimae probant. Denique interfecto
5 Nicomede rege equus eius vitam inaedia expulit. Cum praelio Antiochus Galathas subegisset, Cyntarreti nomine ducis, qui in aciae ceciderat, equum insiluit ovaturus, isque adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatus ruina pariter et se et equitem affligeret. Ingenia equorum et Claudii
10 Caesaris circenses probantur cum effuso rectore quadrigae currus aemulos non minus astu quam velocitate praverterent et post decursa legitima spatia ad locum palmę sponte consisterent, velut victoriae praemium postularent. Excusso quoque auriga quem Rutumannum nominabant, relicto certa-
15 mine ad Capitolium quadriga prosilivit nec ante subsistit, quam Tarpeium Iovem trina dextratione lustrasset. In huiusce animalis genere aetas longior maribus; legimus sane equum ad annos septuaginta vixisse; iam illum non venit in ambiguum, quod in annum tertium et tricesimum
20 generant, utpote qui etiam post vicesimum mittantur ad sobolem reficiendam. Notatum etiam advertimus, Opuntem nomine aequum ad gregariam venerem durasse ad annos quinquaginta.

Assyrii [1] Adgabene incipiunt, quos excipit Moedia in
25 prospectu Caspii maris, quae Caucasis montibus cingitur. Sed Caucasus portas habet, quas Caspias dicunt, *scilicet* cautium praecisiones etiam ferreis trabibus obseratas ad

3 facibus *Sol.* 6 Galatas *Sol.* Cintareti *Sol.* 7 insilivit *Sol.* (H) 9 etiam Claudii *Sol.* (H) 10 probaverunt *Sol.* 12 c. decursu, *corr.* a 15 substitit *Sol.* (S A P) 18 illud *Sol.* 22 in (H) annos quadraginta *Sol.* 24 Adiabene *Mart.* (b) Media *Mart.* 25 Caucaseis *Mart.* (B) scilicet *deest Mart.*

---

[1] Mart. VI, 691—93.

Digitized by Google

